

DE

COMITIIS
REGNI
POLONIÆ,
GENERALIBUS,

Origine, Progressu & Catalogo
omnium, quotquot unquam cum Ordine
equestri celebrata sunt, cum actis &
successu eorum,

Deque dubiis & defectibus Constitutionum
& Statutorum Regni,

Commentatio brevis & selecta,

Ex Collectaneis

DAVIDIS BRAUNII,

S. R. M. Prussiae Consilarii,

Anno MDCGXXII.

COLONIÆ,

Typis THEODOTI BRABEI.

DE

COMITIS
REGENI

POLONIAE
GENERALIS

Magistro, Prolegatorum & Catalogo
Universitatis, quibus in hunc modum
est scriptum, ut in hunc modum
invenitur.

Exemplum huius Constitutionum
in hunc modum legitur.

Constitutionum huius & aliarum
in hunc modum legitur.

DAVIDIS BRAUNII

Tr. abasji - 1267 - (B. 111) - 2

156

THE UNIVERSITY LIBRARY



De

COMITIIS REGNI POLONIAE GENERALIBUS

Origine, Progressu & Catalogo omnium
quotquot unquam celebrata sunt, cum Actis & Suc-
cessu eorum, deque dubiis & defectibus Constitu-
tionum, Commentatio brevis & selecta.

I.



Omitia generalia Regni Poloniae, in
quibus Rex cum Senatu & Officia-
libus suis provincialibus de Repu-
blicâ consilia habuit, diu fuerunt in
usu, etiam priscis illis Seculis, qui-
bus liberi Slavici & Vinidici populi
sub unius dominatum concessere.
Sed quod plebi Nobilitatis (quo verbo tunc ab Equiti-
bus, Officialibus, & Baronibus, sub titulo gregariorum

A

mi-

militum distinguebantur, de quo latius alibi) ad Comiticia accedere permissum sit, hoc demùm cum initiis libertatis & prærogativarum ejus, ferè à Morte CASIMIRI Magni coepisse constat. Tum quod emortuâ Stirpe masculâ Piastorum, à Successore CASIMIRI, LUDOVICO Hungaro tanquam extraneo, magnas libertates à tributis Regi debitis stipulati essent: Tum quod absentia istius Regis ferè perpetua, sibi in conciliis communibus consulendi, eos invitasset, imò necessitate quadam coegisset. Talis confluxus Nobilium, gustatâ libertate dicendi publicâ quod quemque premeret, circâ sæpius mutatas dynastias Regum suorum, abhinc ad præscribendum leges imperandi & limitationem Majestatis futurorum regnantium invaluit.

2. Enimverò Nobilitatem Polonam. jam olim cum Palatinis suis, ad comiticia eligendorum Principum & Regum convolasse, nemo qui historiam gentis inspexit negaverit. Sed absque jure Status, sub directione Palatinorum & cæterorum Officialium provincialium desideria sua ingerens, nec quicquam disponens vel sciscens. Ad negotia enim publica sententias suas ante tempora Jagellonidum expedire, nullam facultatem habuit, ut quæ à solo Rege cum Senatu expediebantur.

3 Et quamvis apud Laskium in Statuto fol. 8. primi legum Scriptarum collectoris & latoris CASIMIRI M. diploma hisce verbis conceptum legatur:

Ju-

Judiciorum & Legum Regni reformationem & ordi-
 nationem perpetuam, in Conventu generali Vislicia, "
 unâ cum Prælatiſ, Baronibus, cæteriſque Nobilibus & "
 Subditis Regni eſſe factam. Nihilominùs ex Dlu- "
 goſſi Hiſtor. Lib. IX. ad Annum 1347. hujus adeò "
 ſolemnis Conventus Viſlicenſiſ deſcriptione patet; non "
 gregatim neque per deputatos Nuntios Nobiles inter- "
 fuiſſe, ſed nomine Nobilium Capitaneos h. e. Staroſtas "
 & cæteroſ Officialeſ provincialeſ in illo diplomate "
 intelligi. Ita namque Dlugoſſuſ: CASIMIR US "
 Rex inquit, generalem & grandem, apud Viſliciam, "
 oppidum terræ Sandomirieneſiſ, pro die Dominico "
 Latare conventum indicit. In quo convenientibuſ "
 omnibuſ Pontificibuſ, nec non Palatinis, Caſtellanis, "
 Officialibuſ & Dignitariiſ omnium terrarum, adhibi- "
 tiſ doctiſ, in lege divinâ & humanâ peritiſ &c. Sed "
 Nobilitatiſ ejuſve nuntiorum nullam penituſ facit "
 mentionem. Nec dubium ſuper'eſt, quin Principeſ & "
 Regeſ Poloniæ ſummâ poteſtate, communicato tamen "
 conſilio cum Senatu & Officialibuſ ſuiſ inperaverint. "
 Senatuſ verò à tempore illati luminis fidei Chriſtianiæ, "
 actioneſ Regum moderatâ interceſſione temperaverit, "
 & ubi Regni Saluſ evidens poſtulaverit, etiam appela- "
 to auxilio provincialium in ordinem redegerit. Proinde "
 donec à LUDOVICO Hungaro, deinde a VLA- "
 DISLAO Litvano, libertateſ magnas, Senatu coæpe- "

rante, Ordo equestris obtinuisset, jure Status ad negotia Reipublicæ pacis & belli non accessit.

4. Sed adhuc sub ipso VLADISLAO JAGEL-
LONE & Filiis ejus, Ordo ille equestris, tantum ad
custodiam & præcautionem libertatum recenter acqui-
situm, interesse cœpit Conventibus Regni, absque
vocatione Regis accurrens, & si quid habuit, quod jura
acquisita læsisset, per Officiales suos provinciales ad
Regem & Senatum proponens. Anno 1404. demùm, ex
infolito casu, quod idem Rex Crucigeris pro liberatione
terræ Dobrynensis, magnum æs deberet, quandoquidem
Privilegiis LUDOVICI Regis & suis ipsius, Nobiles
à tributis liberi pronunciati essent, neque tamen ordi-
narii Regni proventus æri tanto solvendo sufficerent,
pro eo extra ordinem colligendo, Conventus particu-
lares universæ Nobilitati per provincias concessit. Ex
quibus Conventibus provincialibus deputatos nuntios
suos ad comitia Regni generalia Korcinum miserunt,
qui collationem eam à Nobilibus ab Officialibus regiis
persvasis, duodecim videlicet grossorum de quolibet
laneo sive manso laudatam & acceptam esse, sed pro eâ
tantum vice salvis in futurum privilegiis suis, coram
Rege & Senatu declararent. Quæ omnia ex Duglossi
ætati illi proximi relatione Lib. X. ad Annum 1404.
,, evidentia sunt. Quocum Cromerus Lib. XVI planè
,, consonat & addit; Particulares Conventus provin-
ci-

ciales tunc primùm haberi, propter rem novam “
ceperunt.

5. Postea in famoso diplomate illo, Unionis M.
Ducatus Litvaniæ cum Regno Poloniæ, unà cum singu-
laribus Privilegiis & indultibus Nobilibus Litvanis in
Hrodlo Anno 1413. dato, idem Rex VLADISLAUS
Statibus Litvaniæ, Lublini vel Parszoviæ cum Poloniæ
Statibus, quoties pro commodo ipsorum visum ipsis
fuerit, convenire facultatem concessit. Qui tamen
Conventus, Senatoribus & Officialibus non Nobilibus,
magisque ad retinendam in unione Litvaniam, quàm
ad alia quævis negotia Reipubl. tranctanda pertinuit.
Sarnicius enim Annal. Lib. VII. pag. 349. rectè de Con-
ventu illo ait: Nuntiorum terrestrium usus tunc “
nondum obtinuit, Officiales enim terrestres munus “
eorum supplebant.

6. Sub Imperio CASIMIRI III. (qui aliis est IV.)
JAGELLONIDIS autem, cum ob diuturnum bellum
Prutenicum cum Crucigeris, ad tributa extraordinaria
sæpius recurrendum esset, tandem Anno 1469. ex simili
necessitate placuit, ut ex singulis Satrapiis sive Palatina-
tibus minoris Poloniæ bini Deputati ad Comitata Regni
Petricoviensia mitterentur, qui decernendi modici tri-
buti cum cæteris Nuntiis ex majori Poloniâ facultatem
provincialium secum afferrent. Hoc itaque tunc “
primum fieri cœptum sic inolevit posterioribus “

„ temporibus, ut sine illis legatis sive Nuntiis terrarum,
 „ nulla comitia legitima haberentur, neque tributum
 „ decerni, ac ne lex quidem ulla ferri posse videatur,
 sunt verba Cromeri Lib. XXVII. ante medium.

7. Invaluit igitur ab eo tempore mos particularium Conventuum à Rege, ex necessitate Reip. indictorum, & ex iis mittendi Nuntios terrestres h. e. Deputatos provinciales, ad Comitia Regni generalia. Quorum numerus tamen & loci ubi Nobiles in Provinciis suis convenirent, demum à SIGISMUNDO I. Rege Annis 1515. 1520. 1522. & 1540. definitus fuit. Quod ex Vapovii fragmentis ad Annum 1522. & ex ipsis Statutis SIGISMUNDI I. legimus.

8. Proindē vetusta Comitia Regni generalia, à Rege cum Senatoribus sive Consiliariis & Officialibus provincialibus, in locum certum evocatis, bidui vel tridui spatio celebrata fuerunt. CASIMIRI III demum tempore, equestris ordo, ad sola tributa sciscenda, per Deputatos ex conventibus provincialibus comparere coepit, sed nullam facultatem in alia negotia Reip. belli vel pacis, sese ingerendi habuit, adeoque nec ad potestatem legislativam accessit. Primus sanè idem CASIMIRUS Rex, Anno 1454. in Nieszawa, lege tali se „ Nobilitati obligavit: Item pollicemur, quod nullas „ novas constitutiones faciemus, neque terrigenis ad „ bellum moveri mandabimus, absque conventionem
 com-

communi in singulis terris instituendâ. Sed Statutum hoc potestatem leges condendi non restrinxit, quam Rex porrò in Comitibus Regni generalibus, ex consilio Senatus & Officialium exercuit: Verum hoc voluit, ut si quid de singulis Satrapiis & districtibus, per Officiales nomine terrigenarum proponeretur onerosum, Rex audire rationes & gravamina, quorum gratiâ conventus provinciales indixerat, teneretur. Adeoque in formâ querelarum Deputati ex Conventibus provincialibus, negotia sua & quæ salutem Reip. tangere ipsis visa, in Comitibus Regni generalibus ad Regem deferre, de tributis quoque consensum vel dissensum suorum provincialium declarare, aut nullâ potestate consultoriâ sententias dicere, tanto minus intercedere vel vetare potuerunt. Insigne exemplum Dlugoffus Lib. XIII. ad Annum 1459. habet, de Ritwiensio Capitaneo Sandomiriensi, deputato Nuntio, terrarum Cracoviensium & universi Regni Nomine, vitia regnandi & damna Reip. in Comitibus Petricoviensibus liberè, sed quod expressè additur, petitionis & querelæ formâ Regi proponente. Qui cum collegis Nuntiis cæteris coram Concilio Regis & Senatus stantes responsionem regiam exceperunt, verbisque & promissis acquiescentes obedientiam Regi suam testati sunt.

9. Certè hoc Rege imperante nulli Nuntii terrarum unquam ad negotia Reip. comitialia vocati, nisi
pro

pro tributis, nec Nobiles provinciales aliter quam per
 Officiales & Capitaneos gravamina sua detulerunt.
 Igitur in Subscriptionibus Statutorum, à Rege CASI-
 MIRO III. conditorum, nusquam apud Laskium nun-
 tiorum terrestrium fit mentio. Sed e. g. Confirmatio
 Statutorum Antecessorum ejus Regum in Comitibus
 Petricov. Anno 1451. expedita fol. 82. 87. ita subscripta:
 „ Nos Sbigneus &c. ceterique Prælati & Barones,
 „ Dignitarii, Nobiles & Proceres, in hâc Conventione
 „ generali congregati. Quod fol. 92. in Subscriptione
 Statuti in Nieszowa Anno 1454. ita apertius explicatum:
 „ Nos ad instantiam omnium Nobilium Regnicolarum
 „ nostrorum coram Nobis constitutorum, de Consilio
 „ Baronum & Consiliariorum nostrorum; Constituta-
 „ tiones terrarum Regni nostri duximus præsentibus
 „ innovandas, emendandas & reformandas.

10. Verum in confirmatione hujus ipsius Statuti,
 à Rege JOHANNE ALBERTO in Comitibus Petri-
 coviensibus Anno 1496. factâ, jam apud Laskium fol.
 „ 96. legitur: Præclarorum Baronum, Nuntiorum de
 „ singulis terris hîc congressorum, universorum Conti-
 „ lio & voluntate confirmandum duximus & confir-
 mamus. Unde error Sarnicii Lib. VII. Annal. pag. 368.
 facile patet, quod Nuntiorum terrestrium ex Provinciis
 ad Comitibus Regni mittendorum institutionem Anno
 1462. factam contendat. Herburtus autem sub titulo:
 Sta-

Statuta pag. 467. de legibus in Comitibus Regni, ex consilio & consensu, post Prælatos, Barones, Nobiles, (hæc Officialis Regios terrarum, cæteri enim Nobiles illis Seculis militum vocabulo in Scriptis publicis appellabantur) nuntiorum quoque terrestrium scitis, alius quàm ad hæc comitia Petricoviensia Anni 1496. ascendere non potuit. Eandem formam postmodum Alexander Rex in Constitutione Anni 1504. & sequentibus pressè servare, atque Nuntiorum terrestrium consensum necessarium ad leges ferendas declarare, coactus fuit.

II. Idcirco SIGISMUNDUS I. Rex, in Statuto suo Anno 1538. de novis Constitutionibus, sine consensu Senatus & nuntiorum terrestrium non faciendis, ad illud Allexandri Statutum provocavit. Hinc Cromerus Lib. II. Descript. Polon. post medium rectè ait; Posteriore temporis, hoc est avorum ferè nostrorum memoriâ, cum universâ Nobilitate & unâ civitate Cracoviensi, communicata sunt comitia, cœperuntque adhiberi legati Nobilitatis, sive Nuntii terrarum, principiò quidem unam ob rem, nempe sciscendi in bellum tributis causâ. Deindè verò, cum sive incuriâ Principum, sive Consiliariorum conniventia, multa negligi & Nobilitatis prærogativæ minui viderentur, ad alias etiam consultationes de Republicâ accedere cœperunt, non ut Consilarii, sed ut

„ Monitores Principis & Confiliariorum, ceu Custodes
 „ libertatis & prærogatarum Nobilitatis, ac legum
 „ publicarum. Et idem Cromerus, medio Seculo
 XVI, sub Rege SIGISMUNDO AUGUSTO,
 „ in fine d. Lib. II. de Prussia Pol. scripsit; Non ita
 „ pridem, in Prussia quoque Nuntii Nobilitatis &
 „ minorum Civitatum (qui tamen diu antea, sub Cru-
 „ ciferis jam ad Conventus pertinuerant, de quo alibi)
 „ in comitiis adhiberi cœperunt, tributis sciscendi
 „ causâ, cujus decernendi potestatem neque Rex ne-
 „ que Confiliarii soli usurpant.

12. Horum itaque Nuntiorum terrestrium potestas,
 à tempore JOHANNIS ALBERTI Regis, pede-
 tentim crevit, donec SIGISMUNDI I. Regis nimia
 lenitas, quâ ad retinendas habenas imperii remissior.
 Majestatem cum illis Nuntiis, incautus publicâ lege
 Anno 1510. communicaret, nam in violatores Nuntio-
 rum terrestrium disertis verbis crimen læsæ Majestatis
 pronunciavit. Abindè jam quis miretur, quod Cro-
 merus Lib. XXVII. cum summo dolore, & augurio
 „ perituræ Patriæ perorare coactus fuerit. Potestas
 „ inquit, instar Tribunitiæ apud Romanos, vel Epho-
 „ rorum apud Lacedæmonios esse cœpit. Qui tan-
 „ tum sibi nostrâ tempestate arrogare cœperunt, ut
 „ nullam rem gravem injussu suo decerni à Rege &
 „ Senatu, aut fieri vellent, & in Senatum atque
 Re-

Regem ipsum censuram grandi supercilio sibi sume-
 rent. Aluerunt autem eorum hanc licentiam, eo-
 que magnitudinis sensim provexerunt, partim Reges
 multa ipsis indulgendo, inopiæ fisci sui sive quieti &
 otio consulentes, partim potentiores & factiosi Pro-
 ceres; Certatim eos præhensare & quasi tibias
 inflare, quocunque libuisset incitare soliti, metuen-
 dum verò, ne infinita illa potestas, & in licentiam
 prorumpens libertas, prostratâ & everâ regiâ Ma-
 jestate, ac authoritate Senatoriâ, summam Reip.
 confusionem, & exitialem anarchiam aliquando pa-
 riat, aut certè gravi & acerbâ Tyrannide finiatur.
 Ubi fusiùs indolens historicus immoderatæ illi libertati,
 relegi potest. Quocirca notari meretur; Quam ma-
 gnâ partem libertatis populus ille in Rep. obtineat,
 sine cujus Consensu Reges tributa exigere non possunt.

13. Prudentissimi sanè ac moderati Polonorum
 semper questi sunt, quod abusus tribunitiæ tantæ pote-
 statis indè profluat, quia nullis legibus circumscripta
 aut ullis limitibus definita sit. Sed quod magis mirere,
 nec ullâ lege, Jus hocce vetandi, quod tanto motu,
 non universo Ordini equestri ejusdemq; legatis collectim,
 quod justum esset, sed singulis Nuntiis asserunt, consti-
 tutum sit. Sub imperio MICHAELIS Regis, Con-
 siliarii & Ministri Regni, in Instructione regiâ legati
 ad Conventum Mariæburgum, Statibus Prussiæ Occi-

dentalis, Anno 1672. pro die 5. May assignatum, datâ,
 „ expressis verbis hoc facti sunt verbis hisce : Rumpen-
 „ dorum Comitiorum pruritur nullâ lege innixum, sin-
 „ guli sibi rapiunt, justitiæ nullum habentes obtentum.
 Nec igitur vana laus fuit Nuntiorum Palatinatus Sendomirien-
 sis, in facie Concilii Regni Anno 1668 gloriantium : Nullum usquam exemplum ruptorum à Nuntiis
 suis Comitiorum, in omni retrò historiâ extare. Equi-
 dem Casimirus Zawadski Capitaneus Pucensis, denique
 Castellanus Culmensis, in arcanâ suâ historiâ, quæ de
 Imperio Regis MICHAELIS agit, pag. 95. recitans
 orationem Nuntii Sendomirien-
 sis, in Comitii coronationis Anno 1669 infeliciter ruptis, dictam, affert :
 „ ALBERTUM & ALEXANDRUM Reges
 „ legem tulisse ; ut Comitua Regni non nisi univer-
 „ sorum & singulorum consensu coalescerent, si quis
 „ Nuntiorum terrestrium publico consensui aduersus
 „ intercessisset, pro irritis haberentur. Ast diligenter
 excussis legibus istorum Regum, à JOHANNE AL-
 BERTO quidem apud Laskium à fol. 96. usque fol.
 110. nullam planè legem. de facultate Nuntiorum ter-
 restrium, quorum tamen Rex iste primus mentionem
 fecit, promulgatam esse inveni. ALEXANDRUM
 verò, in Comitii Radomiensibus Anno 1505. de non
 faciendis Constitutionibus sine consensu Consiliariorum,
 & terrestrium nuntiorum fol. 115. ita statuisse : Ut
 de-

deinceps futuris temporibus, nihil novi constitui
 debeat, per Nos & Successores nostros, sine NB.
 communi Consiliariorum & Nuntiorum terrestrium
 consensu, quod fieret in præjudicium gravamenque
 Reip. & damnum atque incommodum cujuslibet
 privatim, ad innovationemque juris communis &
 publicæ libertatis. Ex quibus verbis, perindè sicut
 ex illis quæ Confirmationi jurium Regni, sub actu Anni
 1496. fol. 96. præmissa, leguntur, videlicet: Baronum
 ac Nuntiorum de singulis terris hîc congressorum NB.
 universorum consilio & voluntate; Consensus quidem
 communis omnium ordinum Regni, scilicet Regii, Se-
 natorii & equestris, ad legem perferendam necessarius
 elici potest, non tamen potestas singulis Nuntiis data,
 impediendi & abrumpendi consilia publica, à cæteris
 omnibus Nuntiis approbata. Quinimò hoc præterea
 ex lege Alexandri palam sequitur, Nuntium unum aut
 aliquot plures, voce vetandi concilio intercedentes, à
 cæteris Ordinibus Regni justè cogi posse, ut rationes
 intercessionis suæ atque dissensus edant, atque veris
 argumentis probent, quod aliquid decretum vel factum
 sit, in præjudicium gravamenque Reip. & damnum
 atque incommodum cujuslibet privatim, cum innova-
 tione juris communis & publicæ libertatis. Denique
 prima lex CASIMIRI III. in Nieszawa Anno 1454.
 de novis constitutionibus lata, & superius allegata non

quidem in comitiis Regni generalibus, in provinciis tamen conventibus, itidem NB. communem nobilitatis conventionem, proinde non singulatum personarum, requirit.

14. Primum exemplum ruptorum Comitiorum generalium Regni, sub SIGISMUNDO I. Anno 1536. alterum mox sub eodem Anno 1545. contigit. Non sanè nuntii alicujus contradictione & voce vetandi, sed à toto ordine equestri, factionibus Senatorum excitato. Ita enim Bielsky verba polonica de his Comitiiis, Exscriptor ejus Neugebauerus Lib. VII. pag. 563. vertit: Comitii Cracoviæ indicta, ob Ordinum studia diversa, inque factiones scissa, nullo operæ pretio facta soluta sunt. Sic sub SIGISMUNDO AUGUSTO Rege, Anno 1548. & 1550. Comitii, discessione plerorumque Ordinum Senatorii & equestris, sine conclusione irrita facta, referente eodem Bielskio. Porro de Comitiiis Anno 1582. Varaviæ à STEPHANO Rege congregatis, & ob Severitatem Regis in nobiles homicidas, & aliorum bonorum raptores, à Nuntiis Deputatis ruptis, ita Neugebauer ex Bielskio loquitur: Nuntii in proposito suo (avocandi scilicet causas nobilium à Rege) perstiterunt, & per complures dies disputatione extractâ, frequenter in Consilio suo tumultuati sunt: Sic totum tempus Comitiiis destinatum, consumptum ac tandem rebus infectis & pendentibus discessum,

15. De Comitibus eodem Rege Varavia Anno 1585, irritò solutis, aliis quidem verbis idem Neugebauer Lib. X. pag. 752. Sed rem eandem narrat. Itaque, inquit, hi Nuntii Nobilitatis, ne legitimis Comitibus, hujus conventus acta adscriberentur & ne quid quod hic decerneretur, ratum haberetur, interpositâ protestatione discesserunt. Aded neque tunc publicè à Nuntio aliquo singulari, vetandi voce, comitia soluta fuerunt. Propterea Sulicovius Archiepiscopus Leopoliensis, præsens actus hujus Spectator, in Commentario rerum polonicarum pag. 169. inquit: Comitibus his nullo operæ pretio, non tam rebus (h. e. contradictione & protestatione) quàm tempore ipso lege præscripto finitis, homines exasperatis animis domos suas repetierunt. Et Neugebauer coævus Scriptor indicat, universos Nuntios Ordinis equestris, non unum vel duos eorum, post discessum jura sua protestatione sibi salva reservasse. Nihilominus Januszovius Lib. I. Parte IV. Tit. 3. pag. 172. vult, Constitutiones ab iisdem Comitibus ad Officia castrensia actis inscribendas missas fuisse. Quod ego de Decretis à Rege in causis judiciariis & criminalibus nunc latis, ei facile credo, non autem leges publicas h. e. Constitutiones fuisse, nullibi enim in volumine Constitutionum, neu apud Scriptores & Collectores legum, neque ullum Historicum exhibentur, aut tantum indicantur; Nisi

concedere velimus, ex fide Januszowii, esse defectum in volumine. Sub SIGISMUNDO III. Seculi XVIIIi initiis, usque ad Annum 1615. septem comitia rupta fuere, sed singula totius ordinis equestris commotione & discessu, relictis semper in suo vigore jam sancitis Ordinum ante discessionem, præsertim tributorum scitis. Abhinc usque ad Annum 1637. in Januario, & mox Anno 1639. inde ad Annum 1652. quo unus Nuntius Litvanus hoc primus ausus est, illa bina Comitia universi Ordinis equestris discordiâ, non rupta sed irrita effluxere.

16. Porrò idem supra allegatus Zawadsky d. l. pag. 93. ex Sententiâ Nowomiescii, Nuntii Ravenfis provocat ad legem Anni 1667. quasi expressâ ejus vi ac dispositione, unius intercedentis nuntii protestatione, nulla cæteris Collegis Ordinibusve, in Comitiiis relicta sit activitas. Enimverò in Constitutione istius Anni, imò in nullâ aliâ ante vel post latâ, singulis nuntiis, nobilium, tale jus tribunitium concessum vel approbatum legi potest. Certè Constitutione Anni 1639. pag. 16. Commissarii ex Ordinibus Regni nominati sunt, qui super modo feliciter concludendi comitia Regni deliberarent, quorum Sententias Rex pro futuris conventibus provincialibus communicare, & in proximis Comitiiis Regni ab hoc negotio consilia publica inchoare promisit. Sed in sequentibus Constitutio-

ni-

nibus nulla hujus tanti negotii porrò facta est mentio , quemadmodum curæ tam salutari etiam STEPHANUS & SIGISMUNDUS III. Reges , cum non paucis sapientissimis Patriæque amantissimis Senatoriis equestribusve viris , sine effectu immortui sunt. Præter toties enim repetitam securitatem nuntiorum ad consilia publica venientium & abeuntium , parem Senatoribus atque Ministris Status Regni, h. e. sacrosanctam , in illis quoque Annorum 1659 & 1667, nihil de nuntiorum potestate & jure vetandi constitutum est.

17. Cum denique in Constitutione Anni 1690. pag. 1. omnes anteriores Constitutiones de ordine Comitiorum ; h. e. O porzandku Szymowania, articulatim repetitæ simul collectæ sint ; De jure tamen vetandi quod singulis nuntiis competat, nulla omninò inserta est dispositio. Quocircà ex hæcenus deductis concludere licet ; De scriptâ lege toti equestri ordini ac Collegio nuntiorum ejus universo, omninò si quid contra patriæ salutem, innovationem juris communis publicæ privatæque libertatis, & prærogativarum convulsionem fieri viderint, talia voce suâ vetandi impediendi provisum esse. Sed quod ferè cum initio Seculi XVII mi singuli nuntii, plenam illam libertatem vetandi sibi arrogate cœperint, nec tamen nisi gregatim plures simul exercuerint , donec Anno 1652, unus Nuntius Litvanus solus protestatione suâ tota Comitia muta, &

in omnibus etiam ante ruptionem decisus ac scitis oriosa reddere ausus fuit, hoc omninò absque lege expressâ, cum evidenti pernicie consiliorum publicorum, Regibus & Senatui à factionis primùm extortum, nunc ipso violento & adulto jam abusu in jus aliquod consuetudinarium invaluit. Nec quisquam dubitat, etiam legem talem tribuniciam ab nuntiis equestribus, quodocunque illis libuerit perferri posse, si, quod Stavolscius in suâ Poloniâ pag. 236. scribit: Equestris ille ordo per suos tribunos leges in Comitibus sancit, bella vicinis indicit, fœdera cum illis statuit, tributa imponit, cudendæ pecuniæ modum præscribit, & omnem penitus Reip. administrationem in manibus habet. Rex verò cum Senatu tantum iudiciis præfidet, & quæ illi concluderint moderatur, nomenque tabulis & Titulum Regium inscribit. Quinimò potestatis tantæ compos factus Ordo ille equestris, deindè jam ad legislatorium jus, nec inscriptionem Constitutionum, h. e. cum Rege & Senatu à se Constitutorum ferre potuit, igitur Anno 1613. 1625. 1640. & 1661. Actorum Comitiorum titulum, Uchwali h. e. Plebiscitorum, tanquam equestri non Regis non Senatus Potestate & consensu Laudatorum, ingenti motu evicit, ac restante recessu Comitiorum Anni 1625. clariore & tumultu obtinuit. Sed Annis 1642. 1653. & 1655. vix precibus mitigati Nuntii, utrumque

Ti-

Titulum Constitutionis & Uchwali, inscribi permiserunt.

18. Quis inquam rebus jam eousque ad arbitrium nuntiorum devolutis, de potestate Ordinis equestris ferendæ sibi legis, & vocis vetandi cum singulis nuntiis communicandæ, dubitet? Quod tamen hætenus Lex hujusmodi nondum perlata fuerit, non tantum Regem & Senatum, sed multos ex ipsis nuntiis, viros moderatos & futurorum sapienter prospicientes, impedivisse credo; Qui ingentia mala Reipublicæ ex facilitate illâ procaci ruptorum comitiorum suâ ætate experti, simul ne mentione legis hujusmodi propositâ, Regem Senatumque cum moderatioribus civibus, ad præscribendos limites infinitæ hætenus potestatis tribunitiæ tantis studiis incubituros veriti, ut maximâ parte meliorum & patriæ salutaria sentientium in suam sententiam tractis, non solum licentiæ sed & justæ libertati equestri capistrum injiciant, quo tandem ferocia ejus domari possit. Hocce autem omni dubio procul cæterorum catervâ impediante, ex obstinatâ ordinum contentione, quâ commune exitium provocare quàm alteri cedere malint, præsentem Reip. utut tædiosissimum statum tolerare, quàm fatorum vim extremo remedio præmaturare maluerunt.

19. In illo igitur vasto volumine Constitutionum, five legum Regni Poloniæ, occurrunt nonnulla intri-

catissima dubia, Utrum nempe comitia quædam, de quibus acta supersunt vel non sunt, illo tempore quod Historici exprimunt, celebrata, aut planè non fuerint gesta, licet in ipso volumine eorum fiat mentio? Aut denique si ab omnibus comitiis reverà celebratis, Constitutiones volumini legum insertæ, vel planè deperditæ sint?

20. Videlicet (α) CASIMIRUS Magnus Rex, generalem illum Conventum Vislicia, ad reformationem antiquarum condendasque novas leges Reip. salutare, in omnibus Historicis polonicis legitur Anno 1347. celebrasse. Ita Dlugoffus tempori illi proximus Historicus, Lib. IX. Mechovius Lib. IV. Cap. 19. Cromerus Lib. XII. Bielski Lib. II. pag. 230. Sarnicius Annal. Lib. VII. (qui tamen suo an preli vitio Annum 1346. posuit,) Herburtus verò in Chronico suo Annum 1345. fuisse satis oscitanter refert. Qui tamen ipse in Statuto suo latino & polonico, Prilufii errorem exscribens, perpetuò Annum 1368. posuit. Et hi quidem Historici ex Dlugoffo circumstantias ejusdem conventus generalis Vislicensis in Anno 1347. exponunt evidenter.

21. Nihilominus primi post Statutum ALEXANDRI Regis per Laskium collectum, Editores Statutorum & Constitutionum, videlicet Prylusius, & qui eum exscripserunt, Herburtus atque Sarnicius, in

in Anno 1368. celebratum Vislicensem Conventum allegant. Quos tanquam indubitatos auctores, subsequuti Compendiatores constitutionum, eundem conventum cum vel sine adjectione Anni 1368. imitati sunt. Solus Januszovius in præfatione ad Lectorem hunc errorem notavit, dicitque se, cum hoc demùm circa scriptionem Libri V. Partis VI. Tomi sui advertisset, quod nempe nulla Comitìa Vislicia nisi Anno 1347. acta fuerint, in sequentibus Libris correxisse. Dignus qui propter hunc & alia loca, præ omnibus Statutorum & Constitutionum Compilatoribus, accurati & diligentissimi referat laudem. Utut in certis locis Prutenicis libertatibus & juribus iniquior fuerit, sed & propterea cum Anno 1601. & 1603. in Comitibus, approbatio editi Statuti ad publicum Statuum consensum, summo studio Mareschalli nuntiorum OSSOLINSKY promoveretur, contradicentibus legatis Civitatum majorum Prussiae occidentalis, eum honorem non est affecutus, sed inauthenticus cum omnibus cæteris Statutorum editoribus, solo Laskio excepto, mansit. Januszovium verò in assignando vero Anno 1347. Conventui Vislicensi, Zawadskius in Compendio suo Statutorum iisdem vestigiis sequutus est.

22. Præ omnibus cæteris Nicolao Zalaszwoskio crassus hic error remitti absque notâ non potest, quod in vasto suo opere, sub Juris Regni Poloniae titulo,

passim e. g. Lib. I. Tit. 4. Lib. IV. P. 2. tit 5. art. 1, & in pluribus locis expresse, secundum Herburtum Annum 1368. Vislicensibus comitiis assignet. Quippe oscitantia talis Viri, Juris Doctoris, qui Patriæ jura systematicè colligere & disponere proposuit, proindè non negligenter ante se errantium loca exscribere, sed laboriosè inquirere debuit, non potest cum bonâ gratiâ tolerari, præsertim cum hujusmodi negligentia huic auctori multum familiaris sit, qui vires ingenii sui in nullo capite intendit, quam ubi de prærogativis & juribus Cleri in Regno jura & consuetudines congeffit.

23. Proindè jam dubitare non licet, Prilufium, Herburtum & omnes eorum Sectatores, qui legibus CASIMIRI M. Vislicæ in conventu generali primâ vice promulgatis, Annum 1368, affinxerunt, insignem errorem errasse. Cum omninò Conventus ille, & Legum polonicarum antiquarum primæ collectio, judiciorumque ordinatio, in Anno 1347. celebrata sint, Licet mirere, quod Laskius in editione harum legum, locum quidem sed non annum, quod in cæteris omnibus fecit, adscripserit. Quam Lasky negligentiam non attendimus, dum Dlugossi, qui ante ipsum historiam scripsit, amplissimum habeamus testimonium.

24. Deinde (e) occurrunt loca nonnulla in historicis, imò quod mirum, in ipsis constitutionibus Regni quæ

quæ Comitiam quædam solenniter celebrata & conclusa fuisse demonstrant, quorum tamen nulla acta, imò ne vestigia quidem nonnullorum in volumine legum publicarum extant. Sic licet præteream insignem defectum & constitutiones nullas Comitiorum, de Annis 1501. 1506. 1518. 1525. 1529. 1533. 1534. & 1542. in volumine, neque in Herburto reperiri; cum tamen ex Cromero, Vapovio, Bielskio, & ipsius Herburti Chronico constet, imò & passim ex sequentibus constitutionibus evidenter probetur, Comitiam Regni in illis annis perfectè conclusa fuisse. Nunc tamen notari meretur, quod Martinus Bielski, Historicus ejusdem ævi, in Chronico Lib. V. pag. 594. in Anno 1552. Comitiam Petricoviæ à SIGISMUNDO AUGUSTO Rege, celebrata, causam illam famosam, inter ordinem equestrem ab Senatorio fulcitum, & Episcopos Regni, de Jurisdictione ecclesiasticâ agitatum, atque à Rege decisam, tum & alia negotia ibi expedita, denique absolutis comitiis Regem Gedanum profectum, luculenter narrat; nihilominus ab his comitiis nulla acta ne quidem Laudum contributionum in Volumine apparet. Quo juxta Bielskii & Orichovii Annal. V. pag. 131. negligentia obiter attendenda est: Referunt enim tale fuisse Regis decretum; solos Episcopos de religione Judices esse debere. Sed alii Historici alteram clausulam ejusdem Regii decreti, quæ Episcopis multum do-

„ doluit, rectè addunt : Ut de religione tantum, non
 „ de honore, capite & bonis cujusdam Episcopis
 „ competeret cognitio. Ita Piascius Episcopus Pre-
 misliensis in Chronico pag. 50. editionis Cracoviensis.
 Cui planè congruit Lucas Gornicki Capitaneus Tiko-
 cin. & Wasilkov. Aulicus familiaris ejusdem Regis, in
 descript. rer. polon. sub illo Rege pag. 49. Et ne plura
 relationis hujus documenta accumulè, ipsa praxis
 usque hodiè talis obtinet, usque adè ut Anno 1689.
 Lisinskius Nobilis Litvanus Atheismi ab Episcopo loci
 ordinario infimularus & captivatus, judicio comitio-
 rum sisti & judicari oportuit, multum exprobrante
 ordine equestri Episcopo, quod Nobilem non jure
 victum, obtentu religionis carceri suo includere ausus
 fuerit. Præterèa idem Gornicki d. l. pag. 114. & 119.
 etiam Anno 1554 Lublini celebrata fuisse comitia Re-
 gnì refert, sed quia in loco insolito minus frequentia.
 Nihilominus ipse & Orichovius quoque dicto Annali
 V. pag. 132. edit. Dobromil. testantur, in exitu comitio-
 rum illorum Anni 1552. communi scito tributa Stipen-
 diis imperata, nec præterèa quicquam memoriâ dignum
 fuisse actum.

25. Porrò & Constitutiones terrarum Prussiæ
 Occidentalis, ab Ordinibus Prutenicis in Conventu
 Graudentinensi die 6. Octobris Anno 1537. sancitæ, à
 SIGISMUNDO AUGUSTO Rege, Varsoviæ in
 con-

Conventu generali Regni, feriâ tertiâ post festum B. Virginis Mariæ proximâ Anno 1556. confirmationem obtentam ostendunt. Gornicki autem hoc Anno non comitia sed Senatus-consilium tantum à Rege congregatum fuisse innuit. Cui quod alii Historici planè de iis Comitibus silent, acquiescimus, & Titulum confirmationis allegatæ errore vel consulto Comitibus Regni tributum fuisse miramur. Cæterum ab Anno 1550. (nam antecedens Conventus Regni ab Octobri 1548. ad Anni 1549 Januarium mensem, multis in Regem accusationibus & Ordinum exostulationibus extractus, discessione multorum ex Senatu & Nuntiorum collegio irritus factus erat) quo Confirmatio jurium Regni & plurimæ leges perlatæ ac promulgatæ fuere, usque ad Annum 1557. exclusivè, lacuna evidens & non exigua in Volumine agnoscenda est. Nam utut concedamus, leges non alias quam de tributis, in comitiis Annorum 1552. & 1554. (Comitia enim Cracoviensia Anno 1553. tantum ad actum coronationis Reginae CATHARINÆ convocata, nihil præterea egerunt) perlatas fuisse; Nihilominus neque lauda Contributionum ab Ordinibus Regni scita, in volumine apparent. De tali verò defectu Typographi incuriam facile accusarem, nisi Editio ea quam habemus à Petricovio, alibi Doctore Juris appellato, Cracoviæ Anno 1616. sub Privilegio

SIGISMUNDI III. Regis publicè, & sub oculis tot illustrium & doctorum, de Patriis legibus usque ad omnem suspicionem curiosorum Virorum, confecta fuisset. Sed temporis ranti intervallum, ab Anno rei gestæ, videlicet 1552. usque ad impressionem Typographicam Anni 1616. viris illis, qui curam edendi legum Regni voluminis habuerunt, procul dubio copiam earum sustulerat, cum quibus in defectu illo acquiescere nos oportet.

26. Majus adhuc detrimentum & hiatum videtur pati volumen Constitutionum, testimonio ipsarummet Constitutionum (γ) sic constitutio Regis STEPHANI de Anno 1581. pag. 381. titulo, Niewiżza rzeka, expressè ad constitutionem Anni 1568. provocat; Et ne quis errorem Typi suspicetur, etiam Januszovius pag. 166. & 798. hocce allegatum ponit, & defectum in volumine notat, in quo nulla constitutio, neu ullus actus publicus de Anno 1568. apparet. Historici quidem illius temporis, Bielski & Gornicki, planè nullam mentionem Comitiorum in Grodno Litvaniæ Anno 1568. celebratorum faciunt. Hic tantum pag. 184 refert, eodem Anno Lublinum in Decembri indicta comitia, usque ad finem sequentis 1569. Anni demùm prorogata fuisse. Neugebauer solitâ sibi oscitantia in Anno 1568. Comiticia Petricoviensia ponit, quæ tamen Anno præte-
ri-

rito 1567. celebrata fuisse ipsa constitutio in volumine obloquitur. Neque nos Januszovius d. l. & Constitutio Anni 1581. pag. 183. dubitare patitur, Anno 1568. Grodnæ comitia hæc celebrata & conclusa fuisse. Ut proinde defectus hic in volumine Constitutionum nullâ ratione velari posse videatur. Nisi fortè dixeris, comitia illa Grodnæ à Rege tantum cum Ordinibus Litvaniæ celebrata, (quod adhuc illi Regi licuit, præsertim ut Status Litvanos ad Unionem plenariam cum Regno mœx sequutam, præpararet,) ideò sancita eorum volumini legum Regni non inserta fuisse. Quinimò Editores Statuti Litvanici, in notis ad textum, aliquoties Constitutiones Grodnenses de Anno 1568, allegantes, non nisi in rebus Litvanicis ad easdem provocarunt.

27. Porrò (d) de comitiis Varlaviensibus Anni 1585. ex Historicis coævis, Heidensteinio, Bielskio & Sulikovio, satis evidens est, eadem propter Ordinis equestris & multorum ex Senatorio irritatos, severis judiciis Regis præsertim in Zboroviorum causâ, animos, extracto tempore legibus præscripto, infectis rebus soluta fuisse. Adeoque in volumine legum nullam constitutionem, vel laudum tributorum, aut quemvis actum publicum de illis comitiis reperiri, nemo quærit. Nihilominus Januszovius pro diligentia suâ pag. 172. expressis verbis testatur: Utut comitia “

tunc fuerint irrita, siue non ordine solito conclusa, nihilominus constitutiones illorum ad loca iudiciorum Castrensium per provincias missæ sunt: Quas tamen nec ipse Januszovius exhibet, & non alia acta eundem intelligere, quam decreta à Rege & Senatu, in causis potentum homicidii vel violentiæ reorum, res ipsa loquitur, utpotè cum absque consensu Ordinum aliæ leges & tributorum lauda soluto conventu exhiberi non potuerint. Sed hoc inde probatur, cætera acta Regis cum Senatu & Nuntiis equestribus, propter rupta vel irritò finita comitia, simul non corruisse, sed ex Cancellariâ Regni expedita firmitatem suam tenuisse.

28. Sic approbatus à Rege & Ordinibus Regni Tractatus Portorii causâ cum Civitate Gedanensi coeptus, sed plurium gravaminum Civitatis decisionem, Juriumque ad Statum ejus salutarem restitutionem, complexus, ab his comitiis 1585. cum Subscriptione multorum Senatorii & equestris Ordinum, sub Regni Sigillo emanavit. Exitus enim Comitiorum irritus, negotio huic aliisque pluribus nihil nocuit. Quojuxta Heidensteinii Secretarii tunc Regii, error meritò notandus, qui Lib VII. Historiæ suæ pag. 216. narrat, quod Gedanenses Tractatum illum propter aucionem Telonii maritimi (injustam sanè & violenter, contra
jus

ius Cardinale Prussiæ extortam) inde à Pacificatione suâ Mariæburgensi, octennium ferè distulerint, neque per tempus Comitiorum Anni 1585. concluderint, sed Regem Cracoviam sequuti Deputati eorum, eousque tractationibus extraxerint, donec tandem Grodnæ in Februario Anni 1586 demùm pactionis tabulas cum Cancellario Regni conventas, cum Rege concluderint. Nam acta & recessus Gedanenses restantur, Delegatos Gedanensium in principalibus transactionis suæ punctis negotium Anno 1583. exeunte, sequentique 1584. absolvisse, demùm sub tempus Comitiorum Anni 1585. diploma Regium à Senatoribus & nuntiis equestribus plerisque subscriptum accepisse. Quam relationem veriore Neugebauer, coævus & aulæ præsens Scriptor Lib. X. pag. 741. seqv. gemina planè narratione suâ confirmat. Quod autem Gedanenses adedò involuntis passibus, à cæteris Prussiæ Occidentalis Ordinibus malè derelicti, ad Remissionem Jurium suorum, & totius Provinciæ Cardinalium progressi sint, laudè non odio ipsorum cedit meritò. Qui diu posthac doluerunt, quod non, sicut Heidenstein fingit, ad annum 1586. rem totam extraxerint, morte enim Regis STEPHANI mox superveniente, moræ suæ magnum præmium, negotii nempè hujus adedò damnosi & præjudiciosi, nondum consummati remissionem à Successore Regis retulissent.

29. Denique legenti Constitutiones Regni, adhuc
 () sequentes videntur occurrere defectus. Videlicet
 illæ de Anno 1607. pag. 850 & de Anno 1609 pag. 903.
 & 905. in volumine expressis verbis allegant, seque refe-
 runt ad comitia Annorum 1603. 1605. & 1606. quorum
 tamen nullæ Constitutiones in volumine exhibentur.
 Quantum quidem ad comitia Cracoviensia Anni 1603.
 item Varsoviensia Anni 1605. attinet, de iisdem ex
 Pialeccij Chronico ad annos illos docemur, utraque
 comitia Episcoporum odio in Dissidentes, & equestris
 Ordinis Suspicionibus in Regem, tanquam Austriacæ
 domui obnoxium, cum fine termini legalis irrita facta
 & soluta fuisse. Proinde Constitutiones nullæ ab his
 comitiis perfectæ volumini inseri potuere. Nihilom-
 inus Laudum agrarii tributi ex comitiis Anni 1603.
 in Volumine apparet. Unde Commentariis Prute-
 nicis ferè plus fidei habendum, qui Comitia hæc Anni
 1603. non rapta, sed solis tributis scitis & coram Rege
 à Palatinatibus declaratis, quia in cæteris articulis
 publicis Ordinum discordia sopiri nequirit, cum Regis
 assensu benevolè irritò tamen soluta fuisse referunt.
 Negotium autem Episcoporum contra Dissidentes,
 quod Litvani summoperè tuebantur, item acceden-
 tibus Ordinis equestris in Regem querelis, sequen-
 tibus demum Anno 1605. Comitiis causas motus &

rupturæ dedisse. Quod denique Constitutio Anni 1607. pag. 850. allegat, non legem aliquam Ordinum significat, sed tantum instantiam & intercessionem nuntiorum in comitiis Anni 1603. ad Regem, pro tollendo processu à Chmielewskio contra Warszickium, Republicæ causâ absentem obtento; quæ absque Constitutione ex actis comitiarum allegari potuit.

30 A comitiis vero anni 1605. neque de subsidiis in bellum Svecicum consiliis absolutis, nuntii terrestres, ex supra allegatis causis discordes, gregatim discesserunt, vid. Piasecius pag. 268. Proinde defectum voluminis hîc accusare nequimus. De comitiis Warsaviensibus anni 1606. Lauda agrarii tributi à Palatinatu Kyoviensi, item à Districtu Nurscensi declarata, in constitutione anni 1609. pag. 903. & 905. allegata, evidenter demonstrant, Laudum universale Palatinatum in comitiis anni 1606. factum, sed incuriâ editorum voluminis Constitutionum omissum, vel planè ab actis Regni deperditum fuisse. Qualia Lauda tributorum, utut in cæteris negotiis comitia rupta vel irritò soluta fuissent, tamen propter exercitus conservationem, salutem Patriæ potiore quàm odia sua existimantes nuntii sciverunt & integrâ esse jusserunt. Imò cum anno 1602. nulla comitia fore prævidissent, necessitati publicæ providentes anno 1601. Scorsivo

Lau-

Laudo universali tributa etiam pro sequenti anno 1602. sciverunt & publicarunt, quod in Volumine pag 795. evidenti exemplo posteris, ad rumpenda comitia adeò facilibus suspensum, eos semper in pejus ruentes & per unius nuntii sæpè injustam contradictionem, discedentes, omnia ante acta & sancita comitialia simul irrita facientes admonet. Ab initio enim nuntii terrestres ad sola tributa sciscenda à Regibus admissi, postea jus intercedendi tantum, si quæ damna Reip. aut Privilegiorum suorum vidissent, ideòque totum collegium eorum non singuli obtinuerunt, tributis tamen ad salutem Patriæ salvis. Tandem factionibus Procerum animosiores facti, à primo exemplo unius nuntii, cujus vocem vetandi anno 1652. cæteri nimium reveriti, sub titulo pupullæ hujusmodi libertatis, portam petulantibus Patriæ incuriosis filiis imò hostibus, ad quævis audenda, & sæpè ex vili propriæ utilitatis causâ omnium Ordinum consilia, Tributa quoque ultimum Reipubl. conservandæ humanum subsidium sistenda, rumpenda, fatalibusque casibus conculcanda, aperuerunt.

31. Quàm sæpè & quàm acerbè magni aut docti quoque Poloni, in Scriptis suis, cumque iis omnes tam inclyto Regno benè cupientes, tanto abusui libertatis indoluerint, magna que mala, denique inversio-

ta-

nem Status, ex hoc morbo comitali, Patriæ ominati fuerint, non attinet exscribere, chartasque planctibus onerare, cum legenti historicos & politicos Scriptores Polonos, passim & vix non in singulis libris querelæ hujusmodi occurrant. Unius ex recentioribus Kockowskii luculenti Historici, verba hic adduxisse sufficiant, qui Climacteri I. Lib. V. pag. 313. Vidimus “ inquit, toties irritos conventus malo publico dissolvi, “ & universorum salutem pendere ab unius civis “ arbitrio, qui si Orator Adolescentulus, aut ambitu “ vel rei privatæ studio actus avarus senex, nullo Suc- “ cessu comitia diffluere & irritò jam Sancitorum “ omnium valore abire ordines coguntur. Proh “ amentiam! DEUS aut præscam Polonis mentem, “ aut efficax aliquod elixir periculosæ huic libertati “ exhibeat!

Certè cum Conventus equestris Ordinis ad Consilia publica bono sui ipsius inventus & Regibus extortus sit, nulla sufficiens ratio cogitari potest, quare non toti collegio nuntiorum, non ex magnâ & Reip. universæ vel libertatibus & Privilegiis suis imminenti damnosâ, sed ex privatâ, sæpè vili, sæpè à factionibus extraneis vel indigenis emptitiâ causâ, uni nuntio licentia rumpendi Comitia, eundemque sub umbone publicæ libertatis & juris vetandi, ab omni

redditione & justificatione causæ tantæ & actionis suæ,
 tutum bonumq; civem esse posse, datum sit. Non sanè
 Regis neque Senatus adèdò interest, ut consilia totius
 Reip. sarta tecta maneant, (nisi quatenus & ipsi Patriæ
 malis involvuntur) sed primariò Nobilitatis Po'onæ.
 Ruptura quoque Comitiorum rarò Regi præsertim
 potenti metum vel damnum, sed occasionem ultrò
 præbet, suo arbitrio imperare, cujus exempla in proxi-
 mo ex actis publicis qui non cœcutit, videt. Ut
 adèdò non negligenda sit sententia Archiepiscopi &
 Primatis, quam refert Zavadski Hist. arcan. Lib. II.
 „ pag. 92. Eam libertatis licentiam, quod unus nun-
 „ tius potestate instructus esset universos perdendi, &
 „ universi sese adversus unius malitiam impiumve co-
 „ natum juvare & salvare non possent, hoc hostibus
 „ Reip. evulgatum arcanum aliquandò sine armorum
 „ violentiâ Rempublicam debellaturum. Talis liber-
 tatis ipsi Regni Proceres, quam in speciem palàm
 tuentur, in secreto inimici sunt, Idem Lib. VI. pag. 307.
 Ad equestrem igitur ordinem summoperè pertinet, ut
 tandem vitiis illis liberæ vocis excitatus, sapienter ex-
 cogitatis consiliis auscultet, & exitium Patriæ immo-
 deratâ suâ licentiâ toties provocatum, bono ordine
 evitet. Mala quippe Rerumpublicarum prius ad eos
 pertinent, qui in iis minores sunt. Etiam jugulatâ
 Li-


Libertate optimatibus parcitur, minorum prima & gravissima Servitus est, ex Sententiâ Maximiliani FREDONIS in historiâ HENRICI Regis pag. 145. Et ex Sarnicii, in fine annalium: Confusio hæc Reipubl. præ tribus gravissimis Dei plagis, fame, bello & peste gravissima est.

32. De remediis, quibus absque violentâ Status præsentis inversione, sine metu perituræ libertatis Nobilium, hoc jus tribunitium à vitiis suis purgari, & ad Salutem publicam in justas orbitas ab infinitâ suâ licentia reinduci possit, multi sapientes viri, Patriæ amantes, juris publici & vitorum apprimè gnari diligenter ratiocinati sunt, quidam quoque amplissimè scripserunt. Prolixè satis Zawadskius, item Fredro, viri Senatorii, sed qui omnium moderatissimus juxta, ac profundè rerum publicarum expertus fuit, Author libelli; Rozmowa Plebana z Zemianinem, O sposobach zawierania seymow, Anno 1641. typis impressi: is enim continuo discursu, multis argumentis remedia proponit. Quemadmodum illi quoque & plures alii, sua atque aliorum remedia proposuere, quæ quisquis velit legat, & si viribus suis non potest, votis tamen bonorum civium conatus juvet. Mihi in promptu collecta habenti, tamen tædium incessit ea frustra recoquere, quorum nullum Successum, vel unica hæc Zawadsky in Histor.

Arcan. Lib. 3. pag. 105. & 128. narratio sperare finit.
 Nimirum quod cum Anno 1670. sub Rege MICHAELE,
 ordine equestri tot ruptorum comitiorum jam pertaso,
 „ Nuntii ipsimet sese sacramento solenni obstrinxissent;
 „ de non convellendis convitiis illis, & si publica ita ne-
 „ cessitas fataque ferrent, ut quis in eum ausum discin-
 „ geret conscientiam, non in conclavi nuntiorum, sed
 „ in Senatu eâ temeritate uteretur (tanquam coram
 „ totâ Republicâ) dareturque spatium Reipubl. fatali
 „ periculo obviam eundi. In quantum verò in atrio
 „ Libertatis eo furore præceps & contumax uteretur,
 „ non ideò cæteris facultas eriperetur statuendi de
 „ Republicâ, neque Marschallus equestris à munere
 „ distribuendarum vocum cessaret, exceptis judicio-
 „ rum causis, in quibus valere deberet ejusmodi pro-
 „ testatio. Nihilominus paucis post diebus Zabro-
 „ krzycius, nuntius ex Palatinatu Braclaviensi, factione
 „ Magnatum corruptus, sacramenti sui immemor, frivolo
 „ prætextu statim ex Senatu regrediendi ad Conclave
 „ nuntiorum, utut toties exoratus ab Episcopis, tandem
 „ illustri deputatione Senatorum a Rege monitus fuisset;
 „ quod illa recta, illosque sacros parietes, qui quon-
 „ dam Majorum modestiæ virtutisque testes fuerant,
 „ prostitutæ licentiæ & pravitatis studiis obtentui,
 „ sumeret, tamen præfractè comitia rupit, non Regi,
 non

non Senatui, sed ipsi nuntiorum collegio retardatum regressum ad suum conclave exprobrans. Quis talia legens de remediis salubribus finiendorum consiliorum Reip. non desperet?

33. Progredior potius ad pertexendum Catalogum omnium Comitiorum Regni Poloniæ, à tempore, quo nuntiis terrestribus Nobilitatis, à Regibus non satis cautis & futura prospicientibus, facultas in comitiis de quibusvis negotiis Reip. cum Rege & Senatu consentiendi concessum fuit. Multum sanè hic index facit ad cognitionem formæ hujus Reip. & gestorum principaliorum in comitiis, ex quibus denique initiis ordo equestris ad tale fastigium Majestaticum, universis populis terræ admirandum & invisum, ipsisque Poloniæ proceribus & cæteris moderatis sapientibusve formidandum, enixus sit. Quanto labore mihi hæc collectio ex universis voluminibus Scriptorum constiterit, omnes rem tantam intelligentes videbunt, omnibusque in hoc Orbe Sarmatico negotia publica tractantibus exteris indigenisve summoperè utilè, nulli à quoquam tentatam, æstimabunt; Quibus simul, ut ad bonum publicum tanti Regni vicinorumque Statuum, benè utantur, apprecor!

Annus	Locus	Sucessus	JOHANNE ALBERTO , Rege.
1496.	Petricoviæ	Integra.	 Onfirmatio Statutorum Parentis, & alia nova cum Senatu & Nuntiis terrestribus sancita apud Laskium fol. 96. 110.
1499.	Vilnæ	Integra.	Status Litvani, solam Litvaniæ Unionem cum Regno, hucusque à VLADISLAIS JAGELL. Regibus dilatam, confirmarunt Laski fol. 130.
1499.	Cracoviæ	Integra.	Rex à morbo liberatus, Cracoviæ, quò indictus Conventus Petricoviæ, ob Regis absentiam, limitatus fuerat, fœdus cum fratribus perfecit. Cromerus ad eum Annum, item Recessus Prutenici.
1501.	Petricoviæ	Integre.	Fœdus cum Tataris, induciæ cum Turcis, & metu Stephani Moldavi, quocum Rex non necessario bello malè rem gesserat, Petro filio Antecessoris illius Eliæ, exuli, suppeticas petenti, caput amputatum. Cromerus.
			ALEXANDRO Rege.
1501.	Petricoviæ	Integra.	Electionis ALEXANDRI, Ducis M. Litvaniæ.
1501.	Cracoviæ	Integra.	Coronationis ejusdem Regis. Cromer. Lib. 30.
1503.	Petricoviæ	Integra.	In absentia Regis apud suos Litvanos, Fratre Regio Friderico Cardinali, gubernatore Regni, à Proceribus & Nuntiis quatuor leges latæ, à Rege dein confirmatæ, quas exhibet Laski fol. 111.
1504.	Petricoviæ	Integra.	Rex cum Senatu & Nuntiis terrestribus statuta quædam condidit, Laski fol. 112. Con-

Annus	Locus	Succellus	
1505.	Radomiæ	Integra.	Constitutiones novas cum iisdem ordinibus fecit, quas Laski fol. 115. & seq. exhibet. Ex iisdem Comitibus Rex diploma dedit, quo Laskio Cancellario Regio collectio & editio omnium Statutorum & Privilegiorum commissa fuit. Quod Laskius in Capite Libri & in fine s. Conclusionis fol. 67. exhibet.
1506.	Lublino	Integra	Ubi de loco digniori in Comitibus, item de bonis ecclesiasticis ad expeditionem bellicam obligatis, inter Episcopos & Senatores seculares certatum. De monetâ quoque cudendâ, & præsidium Ruffiæ rubræ decretum, Cromerus.
SIGISMUNDO PRIMO, Rege.			
1506.	Petricoviæ	Integra.	Electiois, post obitum ALEXANDRI, Vapovius.
1507.	Cracoviæ	Integra.	Coronationis. Constitutiones quoque nonnullæ cum ordinibus factæ, quæ in Statuto SIGISMUNDI I. exhibentur. Ibidem Diploma, quo Rex ille editum, iussu ALEXANDRI Regis, Librum Statutorum & Privilegiorum per Laskium confirmavit. Quod Lasky in fine operis adjecit.
1509.	Petricoviæ	Integra.	In recessibus Prutenicis annotata.
1510.	Petricoviæ	Integra.	Leges variæ sancitæ, quæ in Statuto SIGISMUNDI I. continentur.
1511.	Petricoviæ	Integra.	Leges itidem sancitæ, vid. d. Statutum.
1515.	Cracoviæ.	Integra.	Iter Regis Viennam ad Casarem decretum, quod refert Vapovius.
1516.	Miclecy.	Integra.	Rege in Litvaniâ absente, Senatus ratio-

Annus	Locus	Sucessus	tionem Tatarorum incurfantium limites Regni convenere, & securitati providerunt, Vapovius.
1518.	Cracoviæ	Integra.	Tributum ad biennium scitum, & alia ordinata. Sed in Statuto illo SIGISMUNDI I. defectus est. Vapovius & Bielsky narrant.
1519.	Petricoviæ	Integra.	Leges variæ sancitæ, quæ in dicto Statuto.
1520.	Bydgosciæ	Integra.	Leges variæ promulgatæ, in d. Statuto.
1520.	Therunii	Integra.	Ibi Statutum de captivitate Nobilium in civitatibus in recenti crimine, quod in constitutione Anni 1538. exhibetur, sancitum fuit. Herburtus quoque pag. 252. Legem horum Comitiorum, de laboribus Subditorum hebdomadalibus allegat. Sed Statuti SIGISMUNDI I. volumen h. a. deficit.
1523.	Petricoviæ	Integra.	Leges variæ, Ordinatio processus, & de citationum inscriptionumque formulis sancitæ, vid. d. Statutum.
1525.	Petricoviæ	Integra.	De his nihil in d. Statuto, neque in Herbuto, Bielski narrant.
1527.	Cracoviæ	Integra.	Leges variæ promulgatæ, vid. in d. Statuto.
1529.	Petricoviæ	Integra.	Electio SIGISMUNDI AUGUSTI Regis, vivente Patre, Vapovius & Bielski. Sed etiam apud Herburtum pag. 159. in diplomate liberæ electionis horum Comitiorum fit mentio. In Statuto SIGISMUNDI I. nihil est.
1530.	Cracoviæ	Integra.	Coronatio SIGISMUNDI AUGUSTI. Herburtus pag. 157. seq. exhibet diploma liberæ Statuum Regni Electionis, ex his Comitiiis. In volumine Statutorum SIGISMUNDI I. nihil,

Annus	Locus	Succellus	
1532.	Cracoviæ	Integra.	Leges multæ fancitæ, quæ in d. Statuto sunt.
1533.	Petricoviæ	Integra.	Turbulenta. Nuntii enim cæteri, absque Palatinatibus majoris Poloniæ absentibus, nisi & hi in futuro conventu suo provinciali consenserint (quod postea factum) tributum nullum sciscere voluerunt. Malo exemplo. Vapovius & Bielski, Statutum nihil habet.
1534.	Petricoviæ	Integra.	Absente Rege in Lituaniâ, Senatus cum Nuntiis laudum Tributorum & alios Articulos scivere, quos Regi ad approbationem miserunt. Bielski narrat. Statutum dictum & Herburtus nihil habent.
1536.	Cracoviæ	Irrita.	A die 28. Novembris ad d. 12. Martii Anni sequentis extracta. SIGISMUNDUS AUGUSTUS super Juribus Regni juravit, & alia multa negotia acta. Tandem discessu plerorumque Nuntiorum absque ordine soluta. Bielski refert. Nihilominus Herburtus pag. 112. 114. & 226. leges ibi promulgatas exhibet, Usque adeò, licet malè finitis Comitibus, ante Sancita viguerunt.
1537.	Leopoli	Rokofz.	In expeditione generali Nobilitatis adversus Moldavum, omisso externo hoste, factiones Magnatum, bonitate Regis abutentium, rokofz excitarunt. Orichovius & Bielski. Hic secundus numeratur ab illo cruento rokofz sub Ludovico Anno 1380. ad Gliniany. De quo Piascius ad Annum 1606. p. 280. Kochowski Climaet. I. Lib. 6. & alii, sed tantum ex traditione, absque authore antiquo, referunt.
1538.	Petricoviæ	Integra.	Leges ibi variæ fancitæ cum Tributis.

Annus	Locus	Successus	vid. Statutum SIGISMUNDI Primi.
1539.	Cracoviæ	Integra.	Laudum tantum tributorum cum dispensatorio in d. Staturo apparet. Sed Herburtus multas Constitutiones ex his Comitibus allegat, pag. 4. 49. 110. 127. 193. 230. 243. 268. 271. 295. 408. 410. 485. 495. 514. 522. & 548. quas, qui statuti illius Volumen supplere voluerit, inde colligere potest.
1540.	Cracoviæ	Integra.	Revisis Statutis & Constitutionibus Regni, oblivione seu (ita scribitur ibi) imprudentiâ, omissa Constitutio Anni 1538. d. Statuto adscripta. Sed Herburtus præterea multas leges ex his Comitibus exhibet, pag. 43. 44. 45. 71. 90. 91. 110. 125. 168. 171. 173. 208. 276. 278. 304. 309. 310. 434. 466. 494. & 496. Etiam Constitutio Anni 1611. harum Legum mentionem facit.
1542.	Petricoviæ	Integra.	Absente Rege, per ejus Delegatos atque Senatam & Nuntios, varii Articuli & Tributorum agrarium scita. Statutum silet, & Herburtus, Bielski narrat.
1543.	Cracoviæ	Integra.	Multæ leges his Comitibus perlatae, quas Herburtus pag. 5. 15. 28. 59. 84. 85. 88. 92. 93. 96. 139. 144. 146. 162. 166. 181. 186. 193. 209. 210. 255. 282. 294. 295. 310. 315. 370. 371. 397. 406. 409. 453. 473. 486. 492. 494. 498. 501. 505. 517. 523. 546. & 547. exhibet. Statutum dictum iis caret. Bielski etiam Laudum agrarii tributi in iis scitum addit. In Confirm. jurium Anni 1550. pag. 8. Statuti hujus Anni 1543. quoque fit mentio.
1544.	Petricoviæ	Integra.	Leges variae circa defensionem Regni. con-

Annus	Locus	Sucessus	contra Turcorum potentiam, & de expeditionibus bellicis sancitæ, quas Statutum SIGISMUNDI I. non habet, sed Herburtus à pag. 37. ad pag. 41. exhibet. vid. Bielski.
1545.	Cracoviæ	Irrita,	Factiones Magnatum discessu plurimorum utriusque Ordinis dissolverunt. Bielski. Tamen Herburtus pag. 26. seqv. Lustrationis ordinationem ex his Comitibus exhibet, quæ licet malè finitis Comitibus, legis obtinuerat vigorem.
SIGIMUNDO AUGUSTO Rege, mortuo Patre.			
1548.	Petricoviæ	Irrita.	A die 18. Octobris, ad d. 1. Januarii a. seqv. extracta, tandem ob Conjugium Regis clandestinum cum Radzyvilówna, sine conclusione soluta; Quia Rex ab Ordinibus ad dimissionem uxoris exorari nequirit. Sed Rex literis ad provinciales, animos bonis verbis delinivit. Nihilominus Herburtus pag. 429. Articulum de non negligendo Regi Senatus consilio, ab his Comitibus exhibet,
1550.	Petricoviæ	Irrita.	Confirmatio tantum jurium Regni, & exorbitantiarum correctio, Regis diplomate promulgata. In volumine. Constit. pag. 1. Factiosi autem, gregatim iterum abeuntes, solverunt, Bielski.
1552.	Petricoviæ	Integra.	De Jurisdictione Episcoporum maqui cum Secularibus Statibus motus à Rege sopiti. Laudum quoque Tributi scitum, quæ tamen omnia cum cæteris Actis in Volum. Const. deficiunt. Bielski vid.
1553.	Cracoviæ	Integra.	Coronatio tantum Reginae CATHA- RI.

Annus	Locus	Successus	RINÆ peracta, sed in Volumine nulla acta sunt. v. Bielski.
1554.	Lublina	Irrita.	Ob locum insolitum, absentiam plurimorum ex Statibus, nulla, Bielski.
1557.	Varaviae	Integra.	Variae leges sancitae, quae in Volum. p. 9. vid.
1558.	Krasnista- viae	Irrita.	Ob locum insolitum plane infrequentia & nulla. Bielski.
1562.	Petricoviae	Integra.	A die 22. Novembris, ad d. 20. Martii Anni seqv. De executione legum in Possessores bonorum regalium. Item de quartâ proventuum illorum in usum belli, & alii Articuli sanciti. Volum. pag. 13.
1563.	Varaviae	Integra.	Ex decreto praecedentium Lomziae designata, inde Varaviam translata, a die S. Martini ad d. 1. Aprilis Anni seqv. varia circa Unionem plenariam M. Ducatus Litvaniae, & angarias, agrariaque tributa sancita. in Volumine Const. pag. 38. Limitata quoque haec Comititia pro die S. Johannis Parcoviam, ad negotium unionis Litvaniae, pag. 44.
1564.	Parcoviae	Irrita.	Ex limitatione praecedentium, sed nihil hic conclusum, ideo Volumen hic vacat ab ullis actis.
1565.	Petricoviae	Integra.	Multae hic leges sancitae, quae Volum. pag. 83. exhibentur.
1566.	Lublina	Integra.	Recessus tantum Conventus hujus in Volum. pag. 124. quia ob absentiam Litvaniae Statuum praeterea nihil actum.
1567.	Petricoviae	Integra.	Constitutiones aliquot sancitae, Volum. pag. 128.
1568.	Grodnae	Integra.	Allegantur in Constit. Anni 1581. & a Januszovio. Sed tantum cum Statibus Lituanis celebrata, in Ordine ad Unionem plenariam cum Regno. Ideo in Volum.

Annus	Locus	Sucessus	lumine Constit, Regni defunt acta hæc, tamen ad Statutum Lituaniæ allegantur.
1569.	Lublino	Integrat	Nunc demùm Unio totalis M. D. Lituaniæ cum Regno, item Ducatum Podlachia, Volhyniæ & Kyoviæ perfecta. Quæ diplomata; item Ordinatio curulis Senatus ex utrâque gente; item Laudum Tributi agrarii in Volum. pag. 149. seqv. apparent. Tunc etiam à Rege Duci Prussiæ ALBERTO FRIDÉRICO investitura solennis concessa.
1570.	Varfaviæ	Integra.	Ordinatio quartæ ex bonis regalibus perfecta, in Volum. pag. 205.
1572.	Cracoviæ	Integra.	Unio capturalis Senatûs Regni, post mortem Regis. Vol. pag. 207.
1573.	Varfaviæ	Integra.	Convocatio Ordinum Regni in Januario ad Ordinationem futuræ electionis, in quâ Confœderatione, pax inter Dissidentes de Religione Romanâ servandâ, unanimi omnium Statuum Consensu sancita. Vol. pag. 208.
1573.	Varfaviæ	Integra.	Electionis d. 6. Aprilis, item Laudum Contributionis. Notificatoriæ de electo Rege, & Articuli Pactorum conventorum in Majo perfecta, In Volum pag. 120.

HENRICO Rege.

1574.	Cracoviæ	Integra.	Coronatio cum Articulis pactorum conventorum, in Vol. pag. 227.
1575.	Varfaviæ	Scissio.	Post discessum Regis in Galliam, tandem publicato interregno, nunc Regina ANNA, SIGISMUNDI Primi Filia, cum STEPHANO, Transylvania Duce, jungenda, eliguntur. Pars alia MAXIMILIANUM Casarem Regem

Annus	Locus	Succensus	dixit. Illius literæ Significatoriae in Vol. pag. 230.
1576.	Andrzejovia	Integra,	Laudum universale defensionis Statutum. Item Confirmatio Electionis STEPHANI h. e. Proparcie, in Volum. pag. 235.
1576.	Cracoviae	Integra.	STEPHANO Rege. Coronatio peracta, & post significatorias, Juramentum Regis, atque Pacta conventa, Confirmatio Articulorum singularium, HENRICO Regi oblatorum, item Confirmatio Jurium & Privilegiorum generalis, item Approbatio Laudi Andrejoviensis Statutum, Consensus eorundem belli in obtinatos, Regem non agnoscentes, denique nonnullæ leges sancitæ, in Volum. pag. 247. seqv.
1576.	Torunii	Integra.	De Actis illorum, tantum Excepta & Consuetudines Masovia, item Universales literæ Regis de Angariis agricolarum & Oppidorum, Volumini inserta pag. 297.
1577.	—	—	Tantum provinciales Conventus à Rege, Gedanum oppugnante, propter necessitates publicas, ad sciscendum Tributum indicti, Regi potestatem jubendi Tributum per literas universales fecere, in Volum. pag. 315.
1578.	Varfavia	Integra.	Judicia Tribunalitia Regni, jam antea excogitata, nunc tandem ordinata, & variae leges sancitæ, atque Tributum. Vol. pag. 325.
1580.	Varfavia	Integra.	Nihil actum, præter Tributi Agrarii scitum, pag. 356.

Annus	Locus	Sucessus	
1581.	Varfaviæ	Integra,	<p>Multæ Leges perlatae & Tributa ad biennium scita, pag. 372.</p> <p>Mareschallus h. e. Director Nuntiorum, STANISLAUS PRZY- IEMSKI primus Historicis memoratur. vid. Bielski. In Volumine adhuc de eo nihil.</p>
1582.	Varfaviæ	Irrita.	<p>Turbulenta, ob rigorem judiciorum Regis inexorabilem, tandem à plerisque Nuntiis soluta.</p> <p>Mareschallus Nuntiorum SVENTOSLAUS. ORZELSKI. Bielski. & Neugebauer.</p>
1585.	Varfaviæ	Rupta.	<p>Ob decollatum Zborovium homicidii causâ proscriptum, rigorem Regis adversus fratres ejus & Czarnkovium perduelles, post expedita quædam negotia publica, protestatione totius Nuntiorum collegii, solenniter rupta.</p> <p>Mareschallus Nuntiorum SBIGNEW OSSOLINSKI. Bielski.</p>
1587.	Varfaviæ	Integra.	<p>Convocatio generalis Ordinum, mortuo Rege, in Martio.</p> <p>Mareschallus Nuntiorum STANISLAUS UCHANSKI, absque ullâ prærogativâ, inter Nuntios cæteros subscripsit. Volum. pag. 406. & 418.</p>
1587.	Varfaviæ	Scissio.	<p>Electio in scissione, unâ parte SIGISMUNDUM, Sveciæ Principem, alterâ Archiducem Austriæ, MAXIMILIANUM Regem dicentibus. Illius electi Confirmatio h. e. Poparcie, in Volum. pag. 430. exhibetur.</p>

Annus	Locus	Sucessus	SIGISMUNDO III. Rege.
1588.	Cracoviae	Integra.	Coronatio, & multae Leges factae, in Volum. pag. 447. seqv. Mareschallus Nuntiorum, PAULUS ORZECZOWSKI, itidem inter Nuntios promiscuè subscripsit. in Volum. pag. 454.
1589.	Varfaviae	Integra.	Constitutiones multae perlatae, p. 507.
1590.	Varfaviae	Integra.	Mense Aprili. Leges multae sancitae. vid. Volum. Mareschallus Nuntiorum HIERONYMUS GOSTOMSKI, Castellanus Naklensis: adhuc enim tunc, (sic quoque Anno 1607.) Castellani minores Nuntii eligebantur.
1590.	Varfaviae	Irrita.	In Decembri, irrita fuisse recessus Prutenici memorant. In historicis nihil de iisdem legitur.
1591.	Varfaviae	Integra.	Constitutiones non paucae promulgatae. In iis ea quae tempus sex Septimanarum Comitibus Ordinariis assignatum. in Vol. pag. 606. quod jam STEPHANUS Rex in Articulis suis Anno 1576. pag. 277. promiserat. Mareschalli Nuntiorum nomen nusquam memoratur.
1592.	Varfaviae	Irrita.	Recessus Prutenici notant breviter.
1593.	Varfaviae	Integra.	Iter Regis in Sveciam, & securitatis Regni variae praecautiones, aliaeque leges sancitae. Quae in Volumine vid. p. 635. Mareschallus fuit NICOLAUS DANIELOWICZ, secundum recessum Pruten. In Volum. nihil de eo.

Annus	Locus	Sucessus	
1595.	Cracovia	Integra.	Tantum comitia alia, proximè Varfaviæ extra ordinem celebranda, præviis conventibus provincialibus à Rege assignandis, & tributum agrarium scitum. vid. Volumen. Mareschallus Nuntiorum STANISLAUS SASIN KARSNICKI, Judex Sirad. ita appellatur in Volum. pag. 662.
1596.	Varfavia	Integra.	Pauca leges & tributum generale fancita. Lata quoque Constitutio, de colligatione Principum Christianorum contra Turcos: quorum tamen meru typis non publicata, sed exscripta iis, quorum intererat, sub Regis sigillo tradita. Mareschallus PETRUS MYSZKOWSKI, in Rec. Pruten. notatur fuisse.
1597.	Varfavia	Rupta.	Ob colligationem cum Casare contra Turcos à Rege cupidissimè quaesitam, ab Ordinibus, ne periculosissimo vicini hostis bello implicarentur, rupta. In iisdem Receptibus notatum, non alibi.
1598.	Varfavia	Integra.	Iter in Sveciam Regis secundum, defensio & securitas Regni tributa & aliæ leges perlata. in Volum. p. 686. Mareschallus Nuntiorum N. GOMOLINSKI ex d. Recept. Prut:
1600.	Varfavia	Rupta.	Ordines Regni, bello Svecico implicari recusarunt (in quod tamen postea ab amicis Regis inducti sunt, ut ab ipso Governatore Polono in Livoniâ invasio Svecorum inciperet. Piascius ad h. a. Ideò hæc comitia irrita fecerunt. Nihilominus Laudum contributionis Statuum G Lit.

Annus	Locus	Successus	Lituanizæ constitit, quod ex univers. anni 1601. in Vol. p. 764. seqv. patet. Mareschallus Dux SWILSKI, Succamer. Brest. secundum Recess. Prut. in Vol. nihil de eo.
1601.	Varſaviæ	Integra,	Leges non paucæ, Instructio sive tabula teloniorum antiqui & novi, in Regno exigendorum. Item consensus Ordinum ac tributa in bellum Svecicum, tantâ liberalitate sancita, ut simul pro hoc & sequenti anno universales tributorum literæ scriberentur. Mareschallus Nuntiorum ZBIGNEW OSSOLINSKI, iterum. Piascius ad h. a. Volumen nihil.
1603.	Cracoviæ	Irrita.	Turbulenta, tandem post longam moram, à factionibus invicem consiliis publicis objectam, cum sine temporis legalis, irritò soluta. Nihilominus bono adhuc exemplo, tributum agrarium & consumptibilem, in usum Reipubl. ante discessum Ordinum scitum, tenuit. in Volum. pag. 808. Mareschallus Nuntiorum apud Piascium est, FOELIX KRISKI. In Recess. Pruten. SWISKI Palatinides Masoviæ.
1605.	Varſaviæ	Rupta	Suspicionibus contra Regem, tanquam Austriacæ dominationi obnoxium, inde querelis Ordinum turbida: distributione vacantium beneficiorum semper materiam ambientibus fastidii in imperantem gigante. Demum Episcoporum oppositione æquis dissidentium in Religione postulatis, quæ jam in comitiis anni 1603. invaluerat, accedente, irritò soluta. Piasc.

Annus	Locus	Sucessus	Mareschallus N. BIALOZOR. secundum Recept. Prut. primus Lituanorum vi unionis & pactorum obtinuit.
1606.	Varfavia	Rupta & Rokofz.	Simul cum Secessu Ordinis equestris, ductore Zehrzydovio, Palatino Cracoviae! motus civilis pro libertate contra Regem, Rokofz dictus, Stenzyciae cepit. Qui accessione Lituanorum auctus, comitiis ruptis (tributis tamen scitis vid. Constit. anni 1609 pag. 903.) tandem Lublinum translatus, ubi ex universis provinciis Nobilitate ad vexillum libertatis accurren- te, in apertum civile bellum evaluit. Placatus ad h. a.
1607.	Varfavia	Integra.	Adhuc fervente Rokofz iterum ad Stenzyce congregato, in Comitiis his secundum pacta conventa exorbitantiae à Rege correctae, ad pacificationem cum malecontentis Commissarii designati, & aliae leges sancitae, tributa quoque scita. Volum. pag. 825.
1609.	Varfavia	Integra.	Mareschallus Nuntiorum NICOLAUS MIELINSKI, Castellanus Kamienenlis. vid. Volum. pag. 866. Amnestia & compositio Statuum, anno præterito jam Cracoviae cepta. vid. Vol. pag. 885. (postquam anno 1608. Rokofziani ad Guzowo, cum Regiis ambiguo Marte pugnassent, inde pars maxima domum dilapsa authoribus cladis maledixerat. vid. Lubienski de Motu civ. l. 4. p. 137.) tandem à moroso Rege perfecta. Leges quoque variae sancitae, articuli militaris disciplinae approbati, tributum quoque scitum. in Volum. pag. 886. Mareschallus N. WESZOŁOWSKI, G 2 Da.

Annus	Locus	Successus	Dapifer Vilnensis, ex Reccil. Pruten. In Volum.ine nihil de eo, neque alibi.
1611.	Varfaviæ	Integra.	Prosecutio belli Moscovitici paulò ante cœpti, Collatio feudi Prutenici JOHANNI SIGISMUNDO, Electori Brand. Leges, & abbreviatio processus judicialis, denique tributum generale sancita. in Volum.
1613.	Varfaviæ	Integra.	Mareschallus Nuntiorum JOHANNES SWOSZEWSKI, Notarius Leopold. ex Reccilibus Pruten. In Volumine nihil de eo, nec in Piafecio.
1613.	Varfaviæ	Integra.	In Februario. Exercitui è Moscoviâ reduci qui primo, sed malo exemplo pro stipendiis suis vindicandis confœderatus, oppida & agricolas summoperè pressit, satisfactio, & ad id tributa scita. Tribunal quoque Radomi, ad rationes ararii & stipendiorum institutum. Pretia rerum & variæ leges sancitæ. vid. Volum.
1613.	Varfaviæ	Integra.	Mareschallus Nuntiorum, MAXIMILIANUS PRZEREMBSKI Capit. Petricovientis, ex Piafecio.
1613.	Varfaviæ	Integra.	In Decembri, ad collectionem æris immensi, quod exercitus Demetrianus, è Moscoviâ redux, vi summâ postulavit, extra ordinem indicta. Et acta eorum in volumine, sub titulo Uchwali, nihil nisi rem ararii & stipendiorum continent.
1615.	Varfaviæ	Rupta.	Mareschallus Nuntiorum, ALEX. CORVINUS GONSIEWSKI Referendarius M. D. Lituaniæ.
1615.	Varfaviæ	Rupta.	Fessi Ordines tot tributis in bella, Livonicum & Moscoviticum collatis, agricolis suis per exercitum confœderatum planè expilatis, ne denuò sciscerent,

Annus	Locus	Successus	comitia solverunt. Confœderationis illius damnosæ nonnullos adjuutores tamen, perduellionis & infamiae damnarunt, authores præeunte uno nuntio Ozga cum progenie ipsorum diris devoverunt, quibus Primas Regni cum cæteris Amen acclamavit. Rex quoque sancitam ante discessum expeditionem generalem Nobilitatis, & lustrationem acceptavit. Ex Recessu Pruten. & Piasfecio.
1616.	Varfavia	Integra,	Mareschallus Nuntiorum, JOHANNES SWIENTOSLAWSKI, Referendarius Regni. Consensus Ordinum & auxilia ad recuperandum Regnum Sveciæ, Regi ante promissa, nunc evicta. Pacificatio cum Moschis tentanda. Generalis Nobilitatis motio h. e. Pospolite rusienie, & tributa sancita, cum aliis negotiis. vid. Volumen. Mareschallus Nuntiorum, JACOBUS SZCZAWINSKI, ex Recess. Pruten. in Volum. nihil.
1618.	[Varfavia	Integra.	Pacificatio cum Moschis accelerata: pauca leges, sed tributa copiosa scita. Tunc primâ vice, utut hoc jam Constitutione anni 1613. pag. 7. lege jussum esset. Mareschallus Nuntiorum, CHRISTOPHUS WIESIOLOWSKI, manu suâ Constit. subscripsit.
1619.	Varfaviæ	Integra.	Pauca negotia decisa, tantum tributa scita, vid. Volumen. Mareschallus Nuntiorum, JOHANNES SWIENTOSLAWSKI, iterum. Referendarius Regni subscripsit.

Annus	Locus	Succellus	
1620.	Varfavia <i>convocata pro die 3 Novbris.</i>	Integra.	Propter immane bellum à Turcis, qui ad Cezoram Wallachia, exercitum Polon. cum Duce Zolkievio exciderant, obtentu dæri Cafari FERDINANDO auxilii, Polonia imminens, tributa antehac infolita octo agrarjarum, item generalis Nobilitatis motio, & alia leges sancita. Sub hæc comitia Piekarski, odio populari Regem, quod suis auxiliis Austriacis datis Turcas commoyisset, malleo portatili caput percussit. Piafecki. Mareschallus, JACOBUS SZCZAWINSKI subscripsit.
1621.	Varfavia	Integra.	Ex decreto præcedentium extrâ ordinem indicta. Ordo expeditioni generali Nobilitatis præscriptus. Dispositio ararii Regni, tributa denique scita. vid. Volum. Mareschallus Nuntiorum, JOHANNES SOKOLINSKI, M. Duc. Lituaniae Notarius subscripsit. Eo anno pax Turcis ad Chocim extorta, sed Riga amissa.
1623.	Varfavia	Integra.	E bello redux exercitus secundâ vice confœderatus, cui malo exemplo his comitiis impunitas omnium injuriarum, & solutio stipendiorum, tum & quædam leges sancita. vid. Volumen. Mareschallus Nuntiorum, JACOBUS SOBIESKI, Palatinides Lublinensis subscripsit.
1624.	Varfavia	Integra.	Turbulenta ob distributionem vacantium dignitarum, & ob emptum à Regina Comitatum Zywiecensem, denique propter auxilia à Rege contra Turcas sub-

mis-

Annus	Locus	Succellus	missa, quorum avocatio decreta, tributa quoque scita, & aliæ leges promulgatæ, in Volumine vid. Mareschallus, JOHANNES LOWICKI subscripsit.
1625.	Varſaviæ	Integra.	Propter recradescens bellum Svecicum, quod obstinatione suâ Rex fovit, defensio Regni interna, nulla tributa sancita. Mareschallus, JOHANNES SOKOLINSKI, Notarius M. Duc. Litv. iterum.
1626.	Varſaviæ	Integra.	Nunc demum ad recuperandam per tarda subsidia amissam Livoniam, tributa scita, & Comitia extraordinaria ad plura defensionis media decreta. Mareschallus, JACOBUS SOBIESKI iterum. Nondum enim tanto motu onerosum hoc munus ambiebatur.
1626.	Thorunii	Integra.	Ex decreto precedentium extraordinaria. Expeditio sive motio generalis Nobilium, & tributa scita. Mareschallus, MARTINUS ZEGOCKI, Judex Wschovenfis.
1627.	Varſaviæ	Integra.	Ob pericula à Svecis, motio generalis Nobilitatis, item tributa, & comitia extraordinaria sine solemnitatibus, præviis tamen Conventibus provincialibus, sancita. Mareschallus, ALEXANDER CHALECKI, Lituanius,
1628.	Varſaviæ	Integra.	Extraordinaria ex decreto antecedentium, sola ferè subsidia belli, & exiguum tributum unius agrarii sciverunt. Mareschallus, JACOBUS SOBIESKI, tertio.

Annus	Locus	Succellus	
1629	Varfaviæ	Integra.	In Februario. Magna & infolita tributa scita. Mareschallus, MATTHEUS MANIECKI, Succamer. Pofnanientis.
1629.	Varfaviæ	Integra.	In Novembri. Victoriis Svecorum excitati ordines, inducias cum Svecis in pago Alimarck pactas approbarunt, & ad ultiores tractatus Commiffarios expedierunt; fumalia in duplo, Legem fumptuariam, expeditionem generalem Nobilit. & in cafum neceffitatis auxilia Cafaris querenda, decreverunt. Mareschallus, STEPHANUS PAC, Referendarius Magni Ducatus Lituania.
1631.	Varfaviæ	Integra.	Libera electionis diploma à Rege, & bonorum terreftrium folis indigenis poffeffio affer a, exclusis perfonis ex regali vel Ducali genere. Compositio Ordinis ecclefiaftici cum feculari ad Commiffionem remiffa. Tributa fumalia, quæ agrarium quadruplo superant, repetita, tribunal ararii Radomienfè, ftipendia militaria, res monetaria, & plura negotia ordinata. Mareschallus, GEORGIUS in TENCZYN OSSOLINSKI, Subdapifer Regni.
1632.	Varfaviæ	Integra.	Extraordinaria in Aprili. Ubi Rex pro conceffis aliquot præfecturis nutriendis liberis Regiis, jus regale cudendæ monetæ perpetuò Ordinibus ceflit, tributa quoque fcita. Mareschallus, MARTINUS ZEGOCKI iterum.

Annus	Locus	Sucessus	
1632.	Varfavia	Integra.	Rege defuncto in Julio. Convocatio Ordinum generalis. In Confœderatione (ita sancita Ordinum sine Rege appellatur) Constitutionem anni 1627. contra decreta Tribunalitia, pacem Dissidentium in Religione turbantia, manifestò explicarunt, & pro pace Dissidentium firmanunt. Militantes bellum Nobiles ab Electione Regis abesse, & alias ordinationes circa futuram electionem iusserunt. Mareschallus, CHRISTOPHORUS DUX RADZYWIL, Campidux Lituania.
1632.	Varfavia	Integra.	Electio in fine Septembris. Pacta conventa Regis electi, in quibus articulus de pace Dissidentibus servandâ elucidatus, ne ullius protestatione labefactare possit. Mareschallus, JACOBUS SOBLESKI, Incisor Regni, quartò.
VLADISLAO IV. Rege.			
1633.	Cracovia	Integra.	Coronatione peractâ. Bellum Moscoviticum, Juramentum subjectionis Fratrum Regis, Ordo Comitiorum celebrandorum, tributa, & alia negotia sancita. Mareschallus, NICOLAUS OSTOROG, Subdapifer Regni.
1634.	Varfavia	Integra.	Extraordinaria ex decreto præcedentium, perpetuâ cum Moscovitis pace factâ, ob metum à Turcis motionem generalem Nobilit. Ærariorum tribunalia H in

Annus	Locus	Sucessus	in Regno & M. Duc. Lituan. Stipendiorum exsolutio, & tributa sancita.
1635.	Varfaviæ	Integra.	Mareschallus, GEDEON MICHAEL TRYZNA, Dapifer M. Ducat. Lituaniæ. Commissarii ad tractatum cum Svecis. Repetita prohibitio cujuscunque alienationis bonorum terrestrium ecclesiasticis, item evocationis extra Regnum ad curiam Romanam. Ærarii Regni ordinatio. Leges & libertationes privatorum plures, denique tributa sancita. Mareschallus, GEORGIUS OSSO-LENSKI, Thesaurarius curiæ Regni, iterum.
1635.	Varfaviæ	Integra.	Ex decreto antecedentium extraordinaria. Pacta Stumdorffentia cum Svecis approbata, & rationes ærarii ad stipendia solvenda ordinatæ. Mareschallus, NICOLAUS LOPACKI, Succam. Zakrocin.
1637.	Varfaviæ	Irrita.	In Januario. Petentibus omnibus Nuntiis, ob desperatam concordiam consiliorum, annuente Rege soluta irritò. Mareschallus, N. SAPIEHA, M. Duc. Lit. Notarius.
1637.	Varfaviæ	Integra.	Comitia extra ordinem Regi indicere tunc prohibitum. Expeditio generalis Nobilitatis & auctio exercitus decretæ. Lex quoque de telonio maritimo, invitis & contradicentibus plurimis Palatinarum Nuntiis, ad vexandum Gedanensès tamen scripta. Mareschallus, JOHANNES STANISLAUS JABLO- NOWSKI.

Annus	Locus	Successus	
1638.	Varfaviæ	Integra.	Reginæ dotalitium assignatum. Commissio super telonio Gedanum destinata, Tituli extranei tanquam æqualitati Nobilium præjudiciosi abrogati. Ærarium & tributa ordinata. Tunc plurimæ pro-rogationes termini Comitialis hæcenus insolite, factæ.
M. R. 1638	dobry stan- ko obwiazek dawania poslon ziemskim szlach- nosci onitajniejzyc panstwa (ratio senatus odrodz wyzella polityka, wiej pomim cielnich wain - a niety przy tym dzona, byc nie moze, slaj 1639.	Irta.	Horum vix alibi mentio occurrit. Sed Receptus Convent. Pruss. notant, quod totius equestris Ordinis Nuntiorum dis-cessu, ob scomma Pro-Cancellarii, quo Nuntio Masoviae Baranowskio, se hunc arietem aliquandò lavaturum misatus, exacerbatorum, soluta sint.
1640.	Varfaviæ	Integra.	Mareschallus, VLADISLAVS KIERDEY, Notarius Grodnensis. Præter defensionem Regni internam nihil actum.
1641.	Varfaviæ	Integra.	Mareschallus, JOHANNES STANISLAVS JABLONOWSKI, Pocillator Regni iterum. Leges & dispositiones varia. Regibus itinera extra Regnum prohibita, absque Reipubl. consensu. Senatus Consultorum ratio Reipubl. reddenda. Commissio ad correcturam jurium Regni. De abusu collatæ Nobilitatis & indigenatûs. Assertio juris patronatûs ad nominationem majorum & minorum Officialium Ecclesiasticorum Regi competentis; & alia plura.
			Mareschallus, BOGUSLAVS LESZCZYNSKI, Palatinides Belfensis.

Annus	Locus	Successus	
1642.	Varfaviæ	Integra.	Ex decreto præcedentium extraordinaria ad d. 11. Februarii, præviis Conventibus provincialibus, limitata. Non nisi rationes ærarii, tribunal Radomiense, coæquationem solutorum tributorum in Palatinatibus, & stipendia militaria ordinarunt. Mareschallus, CHRISTOPHORUS na BAKSZTACH ZAWISZA Capitaneus Mnińscensis.
1643.	Varfaviæ	Integra.	Coæquationes contributionum Palatinatum, & rationes ærarii continuatæ, stipendia militaria dispensa. Debita Regis, pro hac solâ vice à Republ. exsoluta, absque ullâ spe futuris regnantibus. Commissio de pretiis rerum & de vectigalibus ex inductis, expedita, actaque ejus annexa volumini Constit.
1645.	Varfaviæ	Irrita,	Mareschallus GEORGIUS LUBOMIERSKI, Capitaneus Sondecensis. Post expirationem termini sex septimanarum irritò soluta.
1646.	Varfaviæ	Integra.	Mareschallus, HIERON. RADZIEWSKI, Capitaneus Lomziensis. Legionum multarum à Rege, prætextu magnæ expeditionis contra Turcos, inconsultâ Rep. proprio ære conductarum, exauctoratio à suspicacibus Ordinibus perlata, & à Rege maximè invito perfecta. Tributa denique scita.
1647.	Varfaviæ	Integra.	Mareschallus, JOHANNES NICOLAUS STANKIEWICZ, Ciwon & Notarius Samogitiæ. Ex decreto præcedentium extraordinaria ad d. 2. Maji, præviis tamen Con-

Annus	Locus	Sucessus	ventibus provincialibus. Multæ leges particulares. Ordinatio postarum. Sta- tuti Lituani typis facienda impressio. Conservatio Juris Indigenatûs Prussiae. Denique tributa sancita. Mareschallus, STANISLAUS SARBIIEWSKI, Capitaneus Grab. & Korit.
1648.	Varfaviæ	Integra.	Mortuo Rege in Julio Convocatio Ordinum generalis. Ubi contra Cofa- corum tumultum auctio exercitûs, motio Nobilitatis generalis, & tributa scita. Mareschallus, BOGUSLAUS LESZ- CZYNSKI, Generalis majoris Poloniae Capitaneus.
1648.	Varfaviæ	Integra.	Electio in Octobri. Articuli pactorum conventorum, & alia solita sancita ac ordinata. Mareschallus, PHILIPPUS CASI- MIRUS OBUCHOWICZ, Tribunus Mozyrcensis.
			JOHANNE CASIMIRO, Rege.
1649.	Cracoviæ	Integra.	Coronatio. Ob malè rem gestam exercitûs ad Pilavice contra Cofacos, turbulenta; tandem mitigatis animis, Ordo equestris in supplementum exercitûs, mo- tionem generalem Nobilitatis, & tredecim fumalium tributa consensit. Mareschallus, FRANCISCUS DVBRAWSKI, Succamerarius Przemif- lensis, cum duobus deputatis Nuntiis sub- scripsit primâ vice.

Annus	Locus	Succellus	
1649.	Varſavia	Integra.	<p>In Novembri. Approbatio ſopiti tumultus Coſacorum à Rege, ſtipendiorum exacta ſolutio, tributa grandia, & alia ſancita.</p> <p>Mareſchallus, BOGUSLAUS LESZCZYNSKI, Generalis majoris Poloniae Capitaneus, cum quatuor Collegis Nuntiorum ſubſcripſit Conſtitutionem.</p>
1650.	Varſavia	Integra.	<p>Extraordinaria ex conceſſione præcedentium, Diſpoſitio ararii ad exſolvenda ſtipendia. Commiſſio monetaria, cujus acta volumini annexa ſunt. Tributa quoque. Denique Regi Angliæ exuli, à Mercatoribus Angliſ & Scotis in Regno, decem pro centum bonorum ipſorum, in ſubſidium conceſſa.</p> <p>Mareſchallus, VINCENTIUS CORVINUS GONSIEWSKI, Dapifer M. Duc. Lit. cum quatuor Collegis Nuntiis ſubſcripſit.</p>
1652.	Varſavia	Rupta.	<p>In Martio. Primum exemplum rupti Conventus Regni ab uno Nuntio, factio-nibus Magnatum corrupto: is fuit Lituanus, nomen ab historicis, tanquam viri maledicti ſuppreſſam. Kochowski climact. I. Lib. II. pag. 314. Sed reſceſſus in Pruſſiâ collecti nomine Sicinſkium, ex diſtrictu Upireniſi fuiſſe Nuntium, rumpentique Caſtellanum Brzeſtenſem, zelo Patriæ, in mediis fluctibus absque conſiliis relicta, diras imprecatum, & in fine orationis horrendo epiphonemate caput ejus execratum, <i>hoday przepadl h. e. utinam pereat.</i> Quibus multos Senatores & Nua-</p>

Annus	Locus	Succellus	Nuntios Amen acclamasse; Denique non diu abhinc, Patrem, Matrem Sororemque Sicinskii fulmine tactos periisse, ipso superstitite, referunt.
1652.	Varſaviæ	Integra.	In Julio. Absente Rege ægroto, ordinaria ad duas Septimanas reducta. Rationes ararii, tributa, & alia sancita. Radziejowski, Vice - Cancellarius Regni, privato odio Regis, perduellionis damnatus, absque suffragiis solitis. Senatus cum equestri Ordine mutuâ conferentiâ omnia pertractavit, in gratiam Regis. Mareschallus, ALEXANDER SIELSKI, Capitaneus Stenzycensis, cum quatuor deputatis Nuntiis subscribere.
1653.	Brzeſciæ Lituan.	Integra.	Leges & dispositiones variæ. Cassationes decretorum Tribunalitiorum, contra leges Regni latorum, & tributa sancita. Mareschallus, CHRISTOPHORUS RUSPAC, Vexillifer M. Duc. Lituaniæ, cum sex Collegis Nuntiorum subscripsit.
1654.	Varſaviæ	Rupta	Nuntii Prussiæ, Bonkowskium, Vexilliferum Culmensẽ, petulanter protestatum, omnes sequuti, cum ingenti provinciæ, periculoso illo tempore invidiâ. Mareschallus, FRANC. DUBRAWSKI, Succam. Premisl.
1654.	Varſaviæ	Integra.	In Junio. Rationes ararii discussiæ. Motio generalis Nobilitatis, item tributa, & multæ privatorum aggravationes, Nobilitationes &c decise. Mareschallus, CHRISTOPHORUS GRZYMULTOWSKI, Succammerarius Kaliſſienſis, cum sex deputatis Nuntiis subscripsit. Cau.

Annus	Locus	Successus	
1655.	Varfavia	Integra.	<p>Causa turpiter dediti Smolensci ad iudicium perduellionis tracta, mox limitata, tandem incurioso sine neglecta. Contra irruptionem Svecorum, exercitus & motio generalis Nobilitatis. Lex sumptuaria, dispositio ararii, disciplina militaris, tributa, & alia privatorum sancita.</p> <p>Mareschallus, JOHANNES CASIMIRUS UMIASTOWSKI, Judex terræ Brzescensis Lituæ. cum duobus Deputatis,</p>
1656.	Tyfzovecy	Integra.	<p>Palatinatus Minoris Poloniæ confederati, Regem profugum e Silesiâ revocantes, libertatem patriæ vindicare cœperunt, & Svecorum servitutem abjicere, authoribus Lubomirscio & Potoccio, hoc supremo Duce Exercitus, illo Mareschallo Regni.</p>
1658.	Varfaviæ	Integra.	<p>Arriani, ex voto Regis ad placandam iram Cœlestium, Regno banniti. Pacta defensiva contra Svecos, cum Cæsare, Daniæ Rege, & Electore Brand. approbata; Accisa generalis de mercibus & comestibilibus, agraria quoque scita. Indignatus, Nobilitationes multis collatæ. Inculpati proditores Smolensci à crimine absoluti. Propter vitiosam impressionem harum Constitutionum, per sequentis anni Constit. pag. 4. authenticum exemplar monstratum.</p> <p>Mareschallus, VLADISLAUS LUBOWIECKI, Judex Cracoviensis, cum sex Deputatis subscripsit.</p> <p>Acta Commissionis Hadiacensis, quâ motus Cosacorum sopiti, juramento &</p> <p style="text-align: right;">be-</p>

Annus	Locus	Successus	beneficiis Regis approbata. Commissio deliberandi super modo comitia semper benè concludendi. Executio factorum Bydgosiensium cum Electore Brandeb. Jurisdictionis Ecclesiasticorum & Nobilium in fundis propè oppida omnimoda cassatio. Exercitus & ararii dispositio, multa denique privatorum negotia decisa & sancita.
1660.	Varfaviæ	Integra.	Mareschallus, JOHANNES GNINSKI, Succamer. Pomerellia, cur quatuor Deputatis subscripsit. Extra ordinem, tantùm ad approbandum pacta Olivensia, ab Archi-Episcopo & Mareschallo præcedenti subscripta, convocata. Quæ approbatio, cum pactis inter acta sequentium comitiorum in Volum. exhibentur pag. 46.
1661.	Varfaviæ	Integra.	Modus exsolvendi stipendia debita militi. Vectigal generale cum novâ instructione sive tabulâ, ac designatione Camerarum teloniorum, contra jura, in ipsâ Prussia ad Elbingam, Toruniam, Mariæburgum. Commissio Czudnoviensis cum Cosacis approbata. Tributum insolens 50. agrariarum &c. multique articuli privatorum, sancita. Proposita à Rege electio contradictione Nuntiorum statim evanuit.
1662.	Varfaviæ	Integra.	Mareschallus Nuntiorum, MICHAEL CASIMIRUS DUX RADZYWIL. Qui primus ante Deputatos ad Constitutionem ex Senatu, subscripsit. Extra ordinem ad media exsolvendi stipendia exercitui, tertiâ hâc vice confederato, sub Swiderscio in Regno, &

Annus	Locus	Successus	Zyromskio in Lituaniâ ; Inde Commissio magna Leopolim designata , quæ ad debita exfolvenda , Reipubl. immenso & perpetuo damno , ultra facultatem Commissionis fixæ , solidos cupreos mox & Tymppfos , vilem monetam cudere permisit , partem stipendiorum unionibus ex gazâ Regni , partem ex tributis exsolvit , partem denique ad incerta tempora distulit. In Comitibus hisce Amnestia & impunitas Confœderatis, tributa insolita, nempe prima Capitatio, titulo subsidii charitativi, ne libera capita apprehendi viderentur, & alia scita. Nihilominus Confœderati iis mediis non sopiti, donec contrarium Confœderatum exercitum iis Rex, & Archi-Episcopus excommunicationem opponerent. Mentio quoque Electionis vivente Rege, lege repetitâ sublata, pag. 3. Vol.
1664.	Varaviae	Rupta.	Marescallus, JOHANNES WIELOPOLSKI, Capitaneus Biensis, itidem ante Senatores deputatos subscripsit; Insigni argumento, potissimas partes imperandi & consulendi de Republ. equestrem Ordinem à Rege & Senatu ad se traxisse. Tantum ad Reginae LUDOVICÆ odium contra GEORGIUM LUBOMIRSKIUM, Marescallum Regni, factiosæ suæ electioni potentissimum adversarium, exsatiandum indicæ. Quem iudices, statim à Mareschallo Nuntiorum, aulae obnoxio, nominati, non attentis protestationibus plerorumque cum Zaborkzycio abeunte, Nuntiorum, perduellionis

Annus	Locus	Successus	nis reum judicarunt. Et capitali supplicio ab homicidis Gonsiewsky sumpto, nihil praterea egerunt, vid. Kochowski Climact. 3. Lib. 3. pag. 155.
1665.	Varfaviæ	Rupta.	Mareschallus , JOHANNES GNINSKI, iterùm. Et hæc comitia , propter implacabile odium Reginae in Lubomirscium, quod Prazmowski Cancellarius, assentator aulae fovit , protestatione tandem solvit Vladislaus Los , Dapifer Plocensis. Inde bellum civile exarsit. Mareschallus , ANTONIUS CHRAPOWICKI Lituanus, aulae afflecla.
1666.	Varfaviæ	Rupta,	Ex eadem causâ, iterum irrita fecit protestans Theodorus Lukomski Nuntius. Et Regius exercitus hoc anno à Lubomirscio , & confœderatis pro libertate electionis Palatinatibus, ad Montwy Kujaviæ, cæsus. Mareschallus , MARTINUS OBORSKI , Capitaneus Livensis.
1666.	Varfaviæ	Rupta.	In Novembri. Propter renitentiam aulae ad reconciliationem , à Gasparo Miaskowskio Nuntio protestatione rupta. Mareschallus Nuntiorum , JOHANNES ODROWONSZ PIENONZEK , Capit. Ofwiecimensis.
1667.	Varfaviæ	Integra.	Turbulenta , ob recoctam à Regina mentionem electionis vivente Rege, nepti suæ thronum, cum damno Reipubl. & infamiâ mariti Regis, struente. Tandem Amnestia generalis confœderatis Palatinatibus & Lubomirscio, cum approbatione tractatus ipsorum ad Legonice.

Annus	Locus	Successus	Item dispositio exercitûs & ararii, privatorum gratiæ multæ, denique tributa scita.
1668.	Varavia	Irrita.	<p>Mareschallus, ANDREAS KOTOWICZ, M. Ducat. Litan. Notarius. Sub hæc comitia tandem Regina LUDOVICA, tot incendiorum Poloniæ fax, mortua est. Cui tamen Wydzga, Episcopus Varmiensis, antea Reginæ Cancellarius, in Historiæ suæ libello rarissimo, magnas virtutes asseruit.</p> <p>In Januario. Ob distributionem vacantium dignitatum, monetam corruptam, prodigalitem Regis &c. turbulenta. Licet relatione Sobiescii exercitûs ducis, de benè ad Podhayce gesto finitoque bello cum Tataris, deliniti fuerint Ordines: tamen Martino Dembickio, Vexillifero Sendomiriensi, non nisi sub conditione in prorogationem termini consentiente, valedicentibus omnibus Nuntiis irrito soluta.</p>
1668.	Varavia	Integra.	<p>Mareschallus, CAROLUS DUX CZARTORYNSKI, Succamerarius Cracoviensis.</p> <p>Die 16. Septembris. Abdicatione Regis (consilio Gninsky & aliorum ejus confidentium, Ordines Regem non dimissuros putantium) obstinati factâ, & ab Ordinibus, post ceremoniales planctus, diplomate renunciationis Coronæ accepto, vicissimque Regi reversalibus suis datis, nihil præterea actum. vid. Volumen.</p> <p>Mareschallus, STEPHANUS SARNOWSKI, Succamerarius Lenciciensis, post Senatores, tanquam</p> <p style="text-align: right;">Thro-</p>

Annus	Locus	Successus	Throno vacante, Senatu cum Primato Regiam dignitatem representante, subscript.
1668.	Varfaviæ	Integra.	Die 5. Novembris. In Convocatione generali, Confœderatio Ordinum solitis clausulis scripta, insolito Primati dato titulo Serenissimi. Præterea judicia capturalia, securitas Regni, electionis futuræ solennia, & cætera negotia ordinata. Mareschallus, JOHANNES ANTONIUS CHRAPOWICKI, Succamerarius Smolenscensis post Senatores subscript, tanquam in interregno.
1669.	Varfaviæ	Integra.	Electio, dum Magnates suis factionibus immerfi negotiantur, tædio moræ vulgaris Nobilitas turmatim adequitans arma ostentat, & nominat Regem MICHAELEM, qui post festinatò antecedentium ferè tenore conscripta pacta conventa, die 7. Julii solenniter juravit. Mareschallus Nuntiorum, FOELICIANUS POTOCKI, Subdapifer Regni, adhuc post Senatum subscript,
1669.	Varfaviæ	Rupta.	MICHAELE Primo, Rege. Coronatione Regis vix expedita, factione Primatis PRAZMOWSKY & Mareschalli Regni SOBIESKII, Regis inertiam despicientium, turbulentissima. Tandem prætextu causæ Nobilium exul

Annus	Locus	Successus	lum ab hoste bonis exutorum, ab Adamo Olizar, Nuntio Volhyniæ protestatione rupta.
1670.	Varfaviæ	Rupta.	<p>Mareschallus, STANISLAUS KRZYCKI Succam. Kaliffienfis.</p> <p>Iterùm, iisdem factionibus infensorum Regi Magnatum, per Benedictum Zaboklickium præfractè rupta.</p> <p>Mareschallus, JOHAN. CASIMIRUS KIERDEY, Mareschallus terre Grodnensis.</p>
1670.	Varfaviæ	Integra.	<p>In Septembri. Tunc demùm confirmatio Jurium generalis, & reconciliatio mutua Statuum à Rege perfecta. Motio generalis Nobilitatis, Ordo Judiciorum Tribunalitiorum, Dotalitium Reginae CATHARINÆ Austriacæ, & alia, cum triburis, sancita.</p> <p>Mareschallus, STANISLAUS LUBOMIRSKI, subdapifer regni, Capit. Spissensis, ante Senatores subscripsit, & sic postea semper.</p>
1672.	Varfaviæ	Rupta.	<p>In Januario Casimirus Grudzynski Castellanus Ravenfis, homo infamiis & bannitionibus obiectus, licet ultra numerum legitimum se Nuntium Podoliæ finxisset, tamen ab infensis Regi fultus, protervè rupit. Ideò Mareschallus Nuntiorum Regi valedicens, Herostratum, Cancellarius à Throno respondens, parricidam appellarunt. Episcopus Cujaviæ, vindictam divinam, ut qui divina & gentium jura effregerit, imprecatus.</p> <p>Mareschallus, MARTINUS OBORSKI Capitaneus Livenfis iterùm.</p>

Annus	Locus	Successus	
1672.	Varſaviæ	Rupta.	<p>Extraordinaria in Majo. Ex eadem factione Magnatum, Stanislaus Ubyſz, Vexillifer Goſinenſis, proteſtatione rupit. Et Nuntii omnes, uno Palatinatu excepto, ſine Regis valedictione dilapſi.</p> <p>Mareſchallus, GABRIEL SOKOLINSKI M. D. Lit. Notarius.</p>
1673.	Varſaviæ	Integra.	<p>Post infelicem tot Comitiorum exitum, odio Regis ab Archiepiſcopo & Mareſchallo Ducæque exercitus Regni, ad abdicationem Regem urgentibus, tunc Ordines, periculo à Turcis, qui Kamenecum prodicione interceperant, excitati, Conſederationem generalem pro ſalute Regis & Regni inierant, quam ad Golembiow, cum motione generali Nobilitatis congregatam, inde Lublinum, tandem Varſaviam tranſlatam, in Concilium Magnum, denique in hæc Comitia transformarunt. Pacificatio interna cum malecontentis Magnatibus, Lovicii concilium ſuum habentibus, perfecta. Defenſio Patriæ ab extrâ, exercitûs & ærarii ordinatio, vectigal generale, & ſubſidium capitale ſancita, cum actis privatorum.</p> <p>Mareſchallus, STEPHANUS STANISLAUS CZARNIECKI, Notarius Campeſtris Regni, ante Senatores, ac poſt eos duodecim Nuntii deputati ſubſcripſerunt.</p>
1674.	Varſaviæ	Integra.	<p>Mortuo Rege, convocatio generalis Ordinum in Januario. Conſederatio clauſulis uſitatis ſcripta, in quâ non ſicut in anno 1668. titulus Sereniſſimi h. e. Najafnicifzy, ſed tantum Jaſne ofwiecony h. e.</p> <p style="text-align: right;">II.</p>

Annus	Locus	Succellus	Illustrissimi Archi-Episcopo Primati, tanquam interregi, inscriptus. Multa negotia publica quoque ordinata.
1674.	Varfaviæ	Integra.	<p>Mareschallus; FRANCISCUS BIELINSKI, Ensiser Regni post Senatores subscripsit,</p> <p>Electio in Aprili peracta, & pacta conventa clausulis solitis formata.</p> <p>Mareschallus, BENEDICTUS SAPIEHA Thesaurarius curiæ M. D. Lituani.</p>
1676.	Cracoviæ	Integra.	<p>IOHANNES III. Rege.</p> <p>Coronationem Rex electus, obtentu belli Turcici, ut unâ sceptrum & exercitum teneret, diffidens inimicis suis, biennium distulerat. Præter solitam jurium confirmationem, juramentum Regis, pacta conventa denuo publicata, tributa quoque extraordinaria scita, & plurima negotia decisa.</p>
1677.	Varfaviæ	Integra.	<p>Mareschallus Nuntiorum, NICOLAUS de GRANOW SINIEAWSKI, Vexillifer Regni, cum decem Nuntiorum deputatis, ex Senatu nemo subscripsit.</p> <p>A medio Januarii ad finem Aprilis tracta. Et varia negotia publica atque privata decisa, tributa quoque scita.</p> <p>Mareschallus, VLADISLAUS MICHAEL SKOROSZEWSKI, Vexillifer Posnaniensis, ante Senatores subscripsit.</p>

Annus	Locus	Successus	
1678.	Grodnaë	Integra.	<p>Prima, ex lege Const. anni 1673. pag. 18. Comitia Grodnaë celebrata, ex quo tertia quæque in Lituania habentur. Ejusmodi legemanno 1685. & post aliquoties iterum obtinuerunt Lituanæ. In his plurima negotia publica & privata expedita.</p> <p>Mareschallus, FRANCISCUS SAPIEHA M. D, Lit. stabuli Præfectus, ante Senatores subscripsit.</p>
1681.	Varfaviæ	Rupta.	<p>Post trium mensum prorogationes termini, tandem in ipsâ conclusionè & valedictione Regis, Andreas Przyemski, Castellanus Culmensis, protestatione contra procrastinationem & accensas in atrio candelas, rupit. Hunc alter Dombrowski, Pocillator Vilenensis, protestatione sequutus. Sic omnia laboriosè acta consilia momento protriverunt.</p> <p>Mareschallus, HIERONYMUS LUBOMIRSKI, Vexillifer Regni.</p>
1683.	Varfaviæ	Integra.	<p>Factione Gallicâ & Thesaurarii Regni Morstinii, tum & conjuratione Magnatum in Regem abdicandum publicè detectis, Ordines sociati, legem de non tolerandâ residentiâ ministrorum quorumvis exterorum Principum; fœdus cum Casare contra Turcos, & alia negotia concordè sanciverunt.</p> <p>Mareschallus, RAPHAEL LESZCZYNSKI, Vexillifer Regni, ante Senatores subscripsit.</p>
1685.	Varfaviæ	Integra.	<p>A medio Februarii ad ultimum Maji, factione Gallicâ impedimentum fœderi cum Casare facessente, protracta, tandem variis sancitis tamen benè finita.</p>

Annus	Locus	Succellus	
1688.	Grodna	Rupta.	<p>Mareschallus, ANDREAS GIELGUD, M. Duc. Lituani. Notarius, ante Senatores subscripsit.</p> <p>Propter Magnatum Lituaniæ discordias & odium in Regem, qui in suam perniciem Sapiehas nimium evexerat, post duarum septimanarum, hætenus sine exemplo altercationes super electione Mareschalli, tandem à Dombrowskio, Pocillatore Vilnensi, mox & à Tokarzewskio pluribusque Nuntiis protestatione rupta, adhuc sub antecedentium Comitiorum Directore.</p>
1689.	Varfaviæ	Rupta.	<p>Ex causâ Ducis Neoburgici, qui Sponsam Principem RADZYWILOWNAM, JACOBO filio Regis præriperat, factione Sapieharum illi favente, ore Solkowskii, Dapiferi Wilkomiriensis & Nuntii, rupta.</p> <p>Mareschallus primo statim die, raro exemplo, electus STANISLAUS SZCZUKA, Referendarius Regni, qui valedicens Regi verè dixit: Rupturam Comitiorum pessimum ad opprimendam libertatem juraque omnia convellenda esse inventum. Illis comitiis Lisinski, Nobilis Lituanius, ex delatione Episcopi loci ordinarii, atheismi accusatus, non confessus, igne combustus est.</p>
1690.	Varfaviæ	Integra.	<p>Ordinatio de modo Comitiorum negotia ordine tractandi, qui utinam & sic fervaretur! Rationes ærarii, locatio exercitus in limitibus Regni magno bono provinciarum, tributa quoque & alia sancita.</p> <p>Mareschallus, THOMAS DZIALYN.</p>

Annus	Locus	Successus	LYNSKI, Capitan. Bratianensis, tertio die electus, ante Senatores ad Const. deputatos subscripsit.
1693.	Grodna	Irrita.	In Januario. Turbulenta. Tandem Nuncii Lencicienses in solâ vetatione prolongationis persistentes, absque protestatione, discesserunt, & sic irrita fecerunt. Mareschallus, MICHAEL KRYSPIN de KIRSZENSTEIN, Notarius Campestris magni Ducatûs Lituaniae.
1693.	Varfaviæ	Irrita.	In Decembri. Quod absentis Regis, Zolkeviæ ægri decumbentis, excusationem audire nollent, Regemque expectare, motu Lituatorum irrita facta, sub præcedenti Directore.
1695.	Varfaviæ	Irrita.	Factione Sapienarum, judicia comitialia, ad quæ ab Episcopo Vilnensi Brzostowskio citati erant, metuentium, adhuc fervente; obtentu, directionem Nuntiorum Collegii Kryspino non competere, neque inchoare Comitia, neu alium Mareschallum eligere Lituani Nuntii permiserunt, donec ultimo die legali expirante, sine omni activitate Comitia rixosè dilata, solverentur irritò. Prono exemplo, si quis per turbulentiam vim consiliorum equestri Ordini excutere, & ad solum Regem cum Senatu reducere voluerit.
1696.	Varfaviæ	Rupta.	Mortuo Rege, Convocatio Ordinum generalis, in Septembri. Ob Reginæ Viduæ, Cardinalis Primatis cum filiis Regiis diffidentias, atque Lituatorum motus, turbulenta. Tandem in ipso per Horodynskium, Czerniehowiensem

Annus	Locus	Successus	
1697.	Varsoviae	Scissio.	<p>Nuntium, ære corruptum à Regiâ domo, (quæ circumscriptionem dignitatis jure æqualitatis, ac prætensionem Ordinum, in Confœderatione concordi metuebat) protestatione rupta. Igitur tantum Confœderatio Statuum ad defensionem mutua in illis Patriæ motibus scripta; In quâ, Commissio ad solvendum (ab amicis Regiæ domus) quartò Confœderatum exercitum, pax antiqua cum Dissidentibus, ordo & securitas futuræ electionis, Injuriarum Ducum exercituum Regni & M. Ducat. Lituan. ab Episcopis ad Comitia electionis dilatio, sancita, nihil præterea actum.</p> <p>Mareschallus, STEPHANUS HUMIECKI, Dapifer Podoliæ, qui tamen ob ruptam activitatem suam, acta non subscripsit.</p> <p>Electio, ab universis Regni Nobilibus in id convocatis, factionibus Gallicâ, Regiæ & Candidatorum aliorum in diversa distractis, turbulenta. Quibus Lituanorum, pro afferendâ cœquatione jurium & libertatum suarum cum Regnicolis, contra violentias Sapieharum, magni motus accesserunt. Tandem Mareschallum Gallis BIELINSKIUM, ceteris LESZYNSKIUM promoventibus, ille pluralitate vororum Nobilium electus, denique pridè termini, in scissione, FRIDERICUS AUGUSTUS Elector Saxonie, & FRANCISCUS Princeps de CONTY electi Reges. Illum Episcopus Cujavie Dombiski, hunc Cardinalis Primas in Campo pro-</p>

Annus	Locus	Sucessus	proclamarunt. Utut juramento sese adstrinxerant, nullum se electum nisi concordibus votis nominaturos.
1697.	Varſavia	Rokofz.	<p>Mareſchallus equeſtris Ordinis, CASIMIRUS BIELINSKI Succamerarius Regni.</p> <p>Pars Gallica in concilio confirmatorio electionis ſuæ, Poparcie vocatur, tanquã Rep. in periculum, per vicinum potentem Principem electum præcipitatã, Rokofz d. 26. Auguſti fancivit.</p> <p>Mareſchallus tanti motus, STEPHANUS HUMIECKI, Vir ſapiens & moderatus, electus.</p>
1697.	Craſovia	Integra.	<p>Interea die 15. Septembris accurrentis electi Ducis Electoris Saxonie coronatio, refractis ad gazophylacium Regni repagulis, feſtinata. Poſt ſolitam confirmationem jurium, pacta conventa ſatis difficilia præ omnibus anterioribus, juramentum Regis, cœquatio jurium Lituaniſ tanto motu in Comitibus Electoris quaſita confirmata fuit, in caſum neceſſitatis motio Nobilit. generalis, fancita, præterea nihil actum.</p>
1698.	Varſavia	Rupta.	<p>Mareſchallus, CHRISTOPHORUS STANISLAUS na BAKSZTACH ZAWISZA, Capitaneus Miſceniſ.</p> <p>Lituani propter civile bellum cum Sappiehis, per ſex Nuntios, adhuc ſub directione præcedentis Mareſchalli, præſtationibus</p>

Annus	Locus	Successus	bus solverunt hæc Comitria. Interea Tractatus pacificationis cum Rokofzanis, à suo Candidato, Gallorum Principe, desertis, die 5. Maji h. a. Lowicii perfectus est.
1699.	Varfaviæ	Integra.	Pacificatio Statuum ad Regem accedentium, pacta conventa, juramentum & confirmatio jurium à Rege repetita. Cui vicissim a Statibus illis diploma electionis, manu Cardin. Primatis & Marefchalli electionis, more solito subscriptum traditum, leges quoque nonnullæ salutares, contra violentos expulsores possessorum & bonis contra corruptentes & corruptos in judiciis, item stipendiorum exsolutio, commissio ad tractatum cum Electore Brandeb. super causâ Elbingæ, approbatio Tractatus Carlovicensis cum Turcis, & alia sancita. Marefchallus, STANISLAUS SZCZUKA, Referendarius Regni iterùm.
1700.	Olkiniki	Integra.	Status M. D. Lituaniæ communi motu Nobilitatis congregati, multis injuriis Sapieharum diu vexati, cum consensu Regis, perpetuò valituram ordinationem Reip. suæ sanciverunt; quæ volumini annexa est.
1701.	Varfaviæ	Irrita.	In Majo. Propter exercitus Saxonici, (qui multorum Magnatum nutu, & Episcoporum etiam svasu, ut Regem bello implicarent, & si succederet, Sueciam ulciscerentur, Livoniam frustra tentayerat) educationem extra Regnum; & ob Lituorum civile bellum, tumultuaria, denique sine ordinatâ incheatione consiliorum diffluxerunt.

Annus	Locus	Succensus	
1701.	Varſavia	Rupta.	<p>In Decembri. Ob Sapienarum totalem ruinam, à Lituaniæ Nobilibus aperto Marte nutu aulæ factam, Caſimirus Pac, eques Melitenſis, M. D. Lit. Notarius, publicè proteſtatione rupit.</p> <p>Mareſchallus, JOHANNES SZEMBECK, Referendarius Regni.</p>
1703.	Lublina	Integra.	<p>Svecis non impunè irritatis, & vindictam per Poloniam ſpirantibus, repetitio vinculorum Regis ad Rempublicam, & Ordinum ad Regem, cum abominatione dethroniſationis (quam ab inferis Magnatibus inſibilatam, Svecus à Rep. ſeriò poſtulaverat,) tum motio generalis Nobilit. Exemptio Elbingæ, & quædam alia ſancita.</p> <p>Mareſchallus, MICHAEL DUX WISNIO WIECKI, Dux Campeſtris M. D. Lituani. ante Senatores quatuor ad Conſtitutionem deputatos ſubſcripſit.</p>
1704.	Varſavia	Sciſſio.	<p>Confoederati Palatinatus Majoris Poloniæ, cum Ducatu Maſoviæ, latentem hæcenus indignationem, duce Cardinale Primate RADZEIOWSKIO, obedientiam Regi AUGUSTO, obtentu exorbitantiarum ejus, renunciarunt, & interregnum publicarunt; atque ad tractatum pacis cum Rege Sveciæ cæteros Status allexerunt. Ad hæc Confoederationem acceptandam Rex Sveciæ, quæ armis perſtingere potuit, uſquè ipſum Gedanum, Regni munimentum potiſſimum, coëgit Status.</p> <p>Mareſchallus hujus Confoederationis, PETRUS JACOBUS BRONISZ,</p> <p style="text-align: right;">Ca-</p>

Annus	Locus	Succellus	Capitaneus Pyzdski, antè Senatores, post Cardinalem Primatem subscripsit, ac post eum omnes Deputati.
1704.	Sendomi- ria.	Sciffio.	Illi Confœderationi, Palatinatus minoris Poloniæ, Ruffiæ & Lituaniæ, præfente Rege AUGUSTO, & fidem Reip. novo sacramento devinciente; fuam potentio- rem Confœderationem, pro defensione Regis contra Svecum & ejus adhærentes factio- fos, oppofuerunt. Ubi Lipski, Palatinus Califfienfis, ab infenfis fccleratis innocen- ter cæfus est.
1704.	Varfavia	Sciffio.	Marefchallus generalis hujus Confœde- rationis electus STANISLAUS DOEN- HOFF, Venator, M. D. Lit. ante omnes Senatores subscripsit.
			Confœderati Majoris Poloniæ, cum Car- dinale Primate die 19. Junii ad electionem Regis fui, impulfu Sveciæ Regis, in vicinâ cum exercitu consistentis, feftinarunt, Stanislauum Lefzczynskium, Palatinum Po- fnanienfem, ex nutu Sveci, Regem falutan- tes. Qui literis fuis univerfalibus omnes Status Reipubl. ad fe invitavit.
			STANISLAO PRIMO Rege In fciffione uncto.
1705.	Varfavia	Sciffio.	Coronato Rege fuo, & ab eo fuper pa- çtis conventis præfrito juramento, atque confirmatione generali jurium, die 4. Octobris, fub titulo Declarationis, non Con- ftitutionis typis hæc tantum puncta pu- blicarunt,

Annus	Locus	Successus
		<p>Inde mox fœdus inter novum Electum Remque publicam, & Regem Sveciæ die 18. Novembris, tanquam renovationem pacificationis Olivenfis XXX. articulis pepigerunt.</p> <p>Marescallus idem BRONISZ.</p> <p>Interea Regis AUGUSTI, in Saxoniâ suâ absentis partes, Status confœderationis Sendomiriensis, eodem anno, die 11. Julii Brzecia Lituaniæ congregati, sub titulo Manifesti, cum vinculis suis fidelitatis zelosè renovarunt.</p> <p>Anno 1706. Rex AUGUSTUS, per irruptionem Sveci in Saxoniam pressus, pacificationem per legatos suos in Altranstad, Saxoniae pago, die 14. Septembris cum Rege Sveciæ CAROLO & STANISLAO rivali suo, injuriosissimè confectam, Petricoviæ die 20. Octobris rati habuit, Regnoque per solenne diploma abrenunciationis, Stanislao cessit, mox insciis & inconsultis fidelibus suis amicis, è Polonia in Saxoniam ad præsentem submissionem hostium suorum festinans.</p> <p>A parte Stanislai, post electionem, coronationem & fœdus Svecicum, nulla comitia, neu convocatio statuum Regni ad unionem, magno errore suo, an magis Sveciæ Regis jussu, Poloniam durantibus tumultibus hisce sub jugo suo retinere cupientis, celebrata. Tantùm literis universalibus, inter STANISLAUM Regem, & adversas sibi confœderationes, Ducemque summum exercitûs, Sieniavium,</p> <p style="text-align: center;">L</p> <p style="text-align: right;">Re-</p>

Annus	Locus	Successus	Regi AUGUSTO constanter adhærentem, rationibus causam suam invicem justificantibus, & Status Regni hinc inde ad suas partes trahentibus, decretatum est.
1707.	Lublina	Interregnum.	<p>Tandem Status confederationis Sendomiriensis Leopolum convocati, die 7. Feb. vincula confederationis suæ, abdicacionem Regis AUGUSTI contra leges Regni, & pacta conventa, insciis & invitatis plerisque Statibus Reip. factam arguendo, renovarunt, omnes cives ad juvandum Remp. in liberâ electione, exhortati. Inde Lublinum translati cum Primate Szembeckio, (Radzeiovio Cardinale Gedani interim mortuo) denique die 11. Julii h. a. ipsi Interregnum publicarunt. Quod tamen, versis per extremam cladem Svecorum, virtute Magni Russiæ Zari PETRI, primùm ad Propoiskum, mox ad Pultavam in limite Russiæ, partam, rebus, ad effectum electionis non pervenit. Quinimò Rege AUGUSTO à Magno Zaro invitato, cum literis manifestis ad Status sub die 8. Augusti anno 1709. in regnum reduce, mox.</p>
1709.	Torunii	—	<p>Hi iidem Status, sub Marefchallo suo DOENHOFFIO congregati die 21. Octobris, reditum Regis in Regnum, cui se ut constantes cives decet, adhærere, tanquam liberè electo, & violenter invitâ Reip. exacto Regi suo, declararunt. Quod ipse Rex jam præfens edicto d. 8. Novembris etiam publicavit.</p>

Annis	Locus	Successus	AUGUSTO II reduce in Regnum iterum.
1710.	Varſaviæ;	Integra.	<p>Convocatio generalis Ordinum Regni, titulo Poparcie, confirmationem Confœderationis reſumpſit; & in fundamento formæque ejus, vincula Regis, pactorum & juramenti renovavit. Fœdus, cum M. Zaro Ruſſiæ anno 1704 pactum approbavit. Vectigal novum finitimum inſolens, de evecſtis per octo pro centum pretii mercium omnium, de bobus & liquoribus cæterisque ultimæ conſumentię victualibus, ad punctualem ſtipendiorum exſolutionem, cum aliis tributis, quibus Palatinatus Pruſſiæ quoque contra ipſorum jura adſtricti. Denique diſpoſitiones ærarii, eliberandæ Elbingæ contributio iterum, & commiſſiones ad vexandas civitates Gedanſem & Torunenſem, atque alia ſancita.</p>
1712.	Varſaviæ	Integra.	<p>Mareſchallus idem STANISLAUS DOENHOFF, Dux Campeſtris M. D. Lituaniæ, ante Senatores ſubſcripſit.</p> <p>Extraordinaria, adhuc informâ & fundamento confœderationis Sendomiriensis. Præter repetitam toties Statuum, de fidelitate Regi præſtandâ appromiſſionem, exſolutionem ſtipendiorum, & diſpoſitionem ærarii, nihil ſancitum, & Comitia hæc ad diem 31. Decembris, ſub eodem Mareſchallo & Nuntiis, abſque novis Conventibus provincialibus, ſine exemplo limitata.</p> <p>Mareſchallus idem STANISLAUS DOENHOFF.</p>


Annus	Locus	Successus	
1712.	Varfavia	Rupta.	<p>Ex limitatione præcedentium, multis rixis protracta; Ducibus exercitûs M. Duc. Lituaniæ, ob circumscriptionem potestatis suæ invicem discordibus, Nuntiis verò plerisque Saxonicum exercitum, hætenus auxiliarem, dimittendum, nec unquam revocandum magno zelo contendentibus: tandem Michael Puzyna, Capitaneus Wisensis, in gratiam aula, protestatione rupit.</p> <p>Sub eodem Marefchallo, STANISLAO DOENHOFF.</p> <p>Abindè diffidentiâ Statuum gliscente, ex odio copiarum Saxonicarum, ad repellendas earum exactiones passim Nobilibus ad arma procurrentibus, Saxonibus verò non emigrantibus, sed ad defensionem sese parantibus, post insaltus aliquot, tandem contentio hæc in apertum bellum domesticum exarsit. Palatinatus enim complures minoris Poloniæ & Russici, simul cum exercitibus Regni & Lituaniæ, in Tarnograd, sub Marefchallo generali, STANISLAO LEDUCHOWSKI, Succamerario Krzemencensi, confæderati, Saxonicas copias ubique persecuti, justis quoque præliis adorti, vincentes & victi, pacificationem quidem Ravæ confectam, per mediatores Senatores Leopoli die 24. Januarii 1716. firmarunt. Sed & hæc utrinque ruptâ, iterum aperto Marte decertatum est, donec die 3. Novembr. 1716. Sub mediatione Legati M. Zari Russiæ, tractatus, in fundamento emigrationis Saxonicarum copiarum extra fines Regni,</p>

Annus	Locus	Successus	conclusus. In quo tractatu zelo pacificentium Palatinatum, læsiva juribus Dissidentium, & civitatum Prutenicarum puncta ab Aulâ sacrificata sunt.
1717.	Varſavia	Integra.	<p>Inde confluxus generalis Statuum Lublinensis, absque conventibus provincialibus, in Comitiam pacificationis conversus, Confœderationes omnes, etiam Sendomiriensem abrogarunt. Tractatum prædictum, à Rege & confœderatis ratihabitu confirmarunt. Perpetuum tributum capitale, & exercitûs novi conscriptio ac ordinatio Regi, usque ad futura Comitiam biennialia, integra non rupta, concessa & definita. Disciplina militaris adstrictior, locatio exercitus, cæteraque Reip. salutaria sancita. Sed quod non admissâ ullâ voce Ordinum Senatorii & Equestris, Constitutiones prout scriptæ, non attentis protestationibus Nuntiorum, ipsiusque Primatis de oppressâ Republ. clamantis, cæteris Statibus jam ex tot motibus & calamitatibus patriæ fessis, & ob divisionem animorum invicem sibi diffidentibus, atque silentibus, lectæ & perlata, typisque traditæ, hoc multi iadignè tulerunt.</p> <p>Mareschallus Nuntiorum, idem, qui Confœderationis generalis Palatinatum fuerat, STANISLAUS LEDUCHOWSKI, Succam. Krzemencensis.</p> <p>Confirmationi constitutionum, præcedentium pacificationis Comitiorum, tamen cautio salvi juris vetandi addita. Literæ à singulis Ordinibus ad M. Russiæ Zarum, educationem exercitus Russici è visceribus Regni perurgentibus. Et in casum defen-</p>
1718.	Grochna	Integra.	<p>L 3 den-</p>


Annus	Locus	Successus	<p>dendæ patriæ, motio Nobilitatis generalis, denique limitatio horum Comitiorum, sub eodem Marefchallo & sub iisdem Nuntiis, absque novis Conventibus provincialibus, ad placitum à Rege terminum & locum sancita. Cætera ad recessum futurorum Comitiorum rejecta. In his Comitiiis primum vulnus lethale, libertati Dissidentium à Religione Romanâ, infligere, uni furibundo Sacerdoti, Nuntium è majori Poloniâ, propter Religionem clamoribus & tumultu à sede & conclavi equestri detrudenti, cæteri Nuntii, non Dissidentium tantum, sed etiam suo aliquando præjudicio permisere.</p>
1719.	Varfaviæ	Rupta.	<p>Marefchallus CHRISTOPHORUS ZAWISZA, Capiteanus Mniuscensis iterum.</p> <p>Ex limitatione antecedentium, continuis altercationibus sine electione Marefchalli novi protracta. Tandem, ut Regiis consiliis obex fieret, internæ & extraneæ factionis verâ causâ, sed prætextu reddendæ potestatis in peditatum Regni stipendia merentem, Ducibus exercituum, à quatuordecim Nuntiis unâ exeuntibus rupta, omniaque ante acta & conclusa irrita facta.</p>
1720.	Varfaviæ	Irrita.	<p>Marefchallus Nuntiorum idem, qui præcedentium fuit.</p> <p>Nuntiis plerisque ad electionem Marefchalli, ante redditum imperium Ducibus exercituum Regni, in peditatum, nolentibus accedere, in ultimo termino legali, Marefchallo priori ZAWISZO valedicente, irrita disfluxere. Multis Nuntiis</p>

Annus	Locus	Successus	tiis simul protestantibus, ne Senatus quicquam in causis Status Reipubl. cum Rege decernere audeat. Occultam causam rupturæ, metum proponendæ electionis vivente Rege, Ordini equestri dedisse traditur.

Annus	Locus	Successus
-------	-------	-----------



A-2654



Biblioteka
Wyższej Szkoły Ekonomicznej
we Wrocławiu

A

S64

WDKart. — D/482/70, 20.000

6604

B

10/10/10

2

5